

Inc.
679

Inc.

679

1482

Pallas V - 126

Barnes = II - 729 et TV - 799

^{ms}
June

679

Pomponij Mellae Cosmographi Geographia:
Prisciani quoq; ex dionysio Thessaloniceni de
sui orbis interpretatio.

Pomponij Mellae de orbis situ Liber primus.
Prooemium.



Orbis situm dicere aggredior impe/
ditum opus et facundie minime ca/
pax. Constat enim fere ex gentium lo/
corumq; nominibus: et eorum per/
plexo satis ordine: quem persequi
longa est magis quam benigna materia
Verum aspici tamen cognoscique di/
gnissimum: et quod si non ope inge/
nii orantis: at ipsa sui contemplatio/
ne precium opere attendentium ab/
soluat. Dicam autem alias plura et

exactius. Nunc autem ut quaeque erunt clarissima et strictim ac primo
quidem: quae sit forma totius: quae maxime partes. quo singule mo/
do sint: utque habitent expediam. Deinde rursus oras omnium et
litora ut intra extraque sunt: atque ut ea subit ac circumluit pelagus:
additis quae in natura regionum incolarumque memoranda sunt.
Id quo facilius sciri possit atque accipi: paulo altius summa repe/
tetur.

Mundi in quattuor partes diuisio.



Orbis igitur hoc [quicquid est: cui mundi celiq; no/
men indidimus: unum id est: et uno ambitu se cum/
taque amplectitur. partibus differt. Unde sol oritur
oriens nuncupatur: aut ortus. quo demergitur oc/
cidens vel occasus: qua decurrit meridies. ab aduer/
sa parte septentrio. huic medio terra sublimis cingitur undique mari:
eademque in duo latera: quae hemisphaeria noiant ab oriente diuisa

ad occasum zonis quinq; distinguitur. mediam estus infestat. fri-
 gus vltimas. Relique habitabiles paria agunt anni tempora: verū
 non pariter. Auticthones alteram. nos alteram incolimus. Ill-
 us situs ob ardozem intercedentis plage incognitus. huius viden-
 dus est. hec ergo ab ortu porrecta ad occasus: z quia sic iacet ali-
 quanto q̄z vbi latissima est longior: ambitur omnis oceano: quat-
 tuorq; ex eo maria recipit. Unum ab septentrione. a meridie duo.
 quartum ab occasu: Suis locis illa referentur. hoc primū angu-
 flum nec amplius decem millibus passuum patens terras aperit
 atq; intrat. Tum longe lateq; diffusum abigit vaste cedentia litto-
 ra: iisdemq; ex diuerso prope cocuntibus adeo in arcum agitur:
 vt minus mille passibus pateat. Inde se rursus: sed modice admo-
 dum laxat: rursusq; etiam q̄z fuit arcuus: exit in spacium. Quo cū
 est acceptum ingens iterum z magnū z paludi ceterum exiguo ore
 coniungitur. Id omne qua venit: quaq; dispergitur / vno vocabu-
 lo nostrum mare dicitur. Angustias introitumq; venientis nos fre-
 tum. greci porthmon appellant. Qua diffunditur alia alijs: locis
 cognomina acceptat. Vbi primum se coarctat: bellepontos vocat
 Propontis: vbi expandit. Vbi iterum pressit: thracicus bosphor⁹.
 Vbi iterum effundit: pontus Euxinus. Qua paludi cōmittit cin-
 merius bosphorus. palus ipsa meotis: hoc mari z duobus indy-
 tis annibus Tanai z Nilo in tres partes vniuersam diuiditur. Ta-
 nais a septentrione ad meridiē vergēs in mediā fere meotidā desu-
 it: z ex diuerso Nilus in pelagus. Quod terraz iacet a fr̄to ad ea
 flumina ab altero latere Africā vocam⁹. ab altero Europen. ad Ni-
 lum Africā. ad Tanain Europen: Ultra quicquid est Asia est.

Summa Asię descriptio

¶ Trib⁹ hanc e partib⁹ tangit ocean⁹ ita nominib⁹ vt locis differēs.
 Eous ab oriente. a meridie indicus. a septentrione scythicus. Ipsa
 ingēti ac ppetua fronte versa ad oriētē tantū ibi se in latitudinē ef-
 fundit: quātū Europe z africa: z qđ inter ambas pelagus imissū ē.

Inde cum aliquatenus solida processit ex illo oceano que indicum
 diximus arabicum mare et persicum. ex scythico caspium recipit: et
 ideo qua recipit angustior. Kursus expanditur et fit tam lata quam fuit
 erat. Deinde cum iam in suum finem aliarumque terrarum confinia
 deuenit: media nostris equoribus excipitur. reliqua altero cornu
 pergit ad Nilum altero ad Tanaim. Ora eius cum aluco Nili a
 rthinis ripis descendit in pelagus: et diu sicut illud incedit ita sua lit
 tora porrigit. Deinde fit venienti obuia et primum se ingenti ambi
 tu incuruat. post se ingenti fronte ad bellesponticum fretum exten
 dit. ab eo iterum obliquat ad bosphorum: iterumque ad ponticum latus
 curua aditum meotidos transuerso margine attingit. Ipsa gremio
 ad Tanaim usque complexa fit ripa: qua Tanais est. In ea primos ho
 minum accipimus ab oriente Indos Seres et Scythas. Seres me
 dia ferme eorum partis incolunt. Indi et Scythae vltima. ambo late pa
 tentes: neque in hoc tantum pelagus effusi. Spectant enim etiam me
 ridiem Indi: oramque indici maris: nisi quod estus inhabitabilem ef
 ficiunt: diu continuus gentibus occupant. Spectant et septentrio
 nem Scythae: ac littus scythicum: Nisi vnde frigoribus arcentur usque
 ad caspium sinum possident. Indis proxima est ariadne. Deinde
 Aria et cedrosia et Persis ad sinum persicum. hunc populi persarum
 ambiunt. Illum alterum arabes. Ab ijs: quod in africa restat: ethio
 pum est. Illic caspiani scythis proximi sinum caspium cingunt: Ul
 tra Amazones: vltraque eas hyperborei esse memorant. Interio
 ra terrarum multe variaeque gentes habitant gandarum: et parianum: et ba
 ctri. susiani. pharvacotrophum. bomarci. coamani. ropbanes. dache
 Super scythas scytharumque deserta: ac super caspium sinum Comari
 Massagetae. Ladusi. hircani. hiberi. Super amazonas et hyper
 borcos Limmerij. Scythae. Antiache. Georgij. Moschi. Cosite.
 Phozite. Riphaces. atque vbi in nostra maria tractus excedit. Ma
 ri. Antibarani et notiora iam nomina Medij. Armenij. Comageni.
 Murrani. vegeti. Cappadoces. Greci. Lycaones. phryges. Persae

Isauri. Lydi Syrocalices. Rursus ex ijs: quę meridię spectat: eadę
q; gentes interiora littoza vsq; ad sinũ persicũ. Super hunc sunt
Parthi z Assyrij. Super illum alterũ Babilonij. Et sup Aethio-
pas egypti ripis Nili amnis z mari proxima idem Aegyptij possi-
dent. Deinde arabia angusta fronte sequentia littoza attingit. Ab
ea vsq; ad flexũ illum: quę supra rettulimus: Syria. z in ipso flexu
Licia. extra autem Lycia z Pamphilia. Laria. Ionia. Aeolis Tro-
as vsq; ad bellespontũ. Ab eo bithyni sunt ad thraciũ bosphorũ
Circa pontũ aliquot populi alio alioq; sine. omnes vno noie pon-
tici dicuntur. ad lacũ Mægotici. ad tanain Sauromate.

Summa Europę descriptio

Europa terminos habet ab oriente Tanain z meotida z pontũ.
a meridie reliqua nostri maris. ab occidente Atlanticũ: a septētrio-
ne Britannicũ oceanũ. Ora ei⁹ forma littozũ Tanai ad bellespon-
tũ. qua ripa est dicti amnis. qua flexum paludis ad ponticũ redigit.
qua propontidi z bellesponto latere adiacet: contrarijs littozibus
Asię nõ opposita modo: verũ etiã similis est: Inde ad fretũ nũc
vaste retracta: nũc prominens tres maximos sinus efficit: totidę/
q; in altũ se magnis frontibus euebit. Extra fretũ ad occidentę
inequalis admodũ precipue media quę procurrit ad septentrionę:
nisi vbi semel iterũq; grandi recessu abducitur: pene vt directo li-
mite extenta ẽ. Mare quod primo sinu accipit Aegeũ dicit. Qd
sequenti in ore Joniũ. Adriaticũ interius. Quod vltimo nos tu-
scum quod graij Tyrhenũ perhibent. Sentiũ prima est Scythia
alia q; dicta est: a Tanai media fenne pontici lateris. Hinc in egei
partę continens thracie ac macedonię adiungitur. Tũ grecia pro-
minet: Aegeumq; ab Jonio mari dirimit. Adriatici latus Illyris
occupat inter ipsuz adriaticũ z tuscũ Italia procurrit. In tusco in-
timo gallia est. Ultra hispania est. hec in occidentem deniq; etiam
ad septentrionę diuersis frontibus vergit. Deinde rursus gallia ẽ
longe z a nostris littozibus hucusq; promissa. Ab ea Germani ad

Sarmatas porriguntur. Illi ad Asiam. Hec de Europa.

Summa Africe descriptio

Africa ab orientis parte Nilo terminata: pelago a ceteris: breui or est quide q̄ Europa: quia nec vsqm̄ Asię z non totis huius lit / toribus obrenditur. Longior tamen ipsa q̄ latior: z qua ad flumi / um attingit latissima: Utq; inde procedit: ita media precipue in iuga exurgens pergit in curua ad occasum: fastigiataq; se molliter: z ideo ex spacio paulatim adductior. Vbi finitur: ibi maxime angu / sta est. Quantum incolitur eximie fertilis. Verum q̄ pleraq; eius inculta: z aut harenis sterilibus obducta: aut ob sitim celi terrarū / q; deserta sunt: aut infestantur multo ac malefico genere animali / um: vasta ē magis q̄ frequens. Mare quo cingitur a septentrio / ne libycum. a meridie ethiopicum. ab occidente atlanticum dici / mus. Ab ea parte: que libyco adiacet: proxima Nilo prouincia: quā Lyrenas vocant: Deinde cui totius regionis vocabulo cognome inditū ē / Africa. Cetera Numide z Mauri tenent. Sed mauri i at / lanticū pelag^o expositi. Ultra Nigrite sūt z pharusij: vsq; ad ethio / pas. hi z reliqua huius z totū latus: qd meridie spectat: vsq; i asię cōfinia possidet. At sup ea: que libyco mari abluunt libyes egyptij sūt: z Leucoethiopes z natio frequēs multiplexq; getuli. Deinde late vacat regio perpetuo tractu inhabitabilis. Tū p̄mos ab oriēte garamantas: post augilas z troglodytas z vltimos ad occasum at / lantias audimus. Intra si credere libet: vix iam homines magisq; sensiferi egyptanes z blemmye z gampbasantes z satyri sine tectis passim ac sedib^o vagi habēt potius terras: q̄ habitent. Hec sūma nostri orbis. he maxime ptes. he forme gētesq; p̄tū. Nūc exacti^o oras situsq; dicturo inde ē cōmodissimū incipere: vnde terras no strū pelagus ingredit. Et ab ijs potissimū: que influētī dextra sūt. Deinde stringere littoza ordine: quo iacent: peragratisq; omnibus

que mare attingunt: legere etiā illa: que cingit oceanus: donec cur-
sus incepti operis intra extraq; circūuetus orbem illuc: vnde coe-
perit/redeat. **Particularis Aþrice descriptio.**

Dictum est atlantiū esse oceanū: qui terras ab occide-
te cōtingeret. hinc in nostrum mare pergentibus le-
ua hispania. **M**auritania dextra est. Prime partes il-
le Europe. he Africe. Eius orę finis **M**uluca. caput
atq; exordium est promontoriū: quod greci ampelu-
sian: afri aliter sed idē significante vocabulo appellant. In eo ē spe-
cus herculi sacer: z vltra specum Tingē oppidum peruetus ab An-
teo (vt ferunt) conditum. Extat rei signuz parua elephantino ter-
gore execto ingens: z ob magnitudinē nulli nunc vsuro habilis:
quā locorū accole ab illo gestatam pro vero habent traduntq;: et
inde eximie colunt. Deinde est mons prealtus: ei quē ex aduerso
hispania attollit obiectus. hūc ab ylam. illū calpen vocant: colūnas
herculis vtrunq;. Addit fama nominis fabulā herculem ipsū iun-
ctos olim perpetuo iugo diremisse colles: atq; ita exclusum antea
mole montiū oceanū: ad que nunc inundat/admissum. hinc iā ma-
re latius fundit: summotasq; vastius terras magno impetu infle-
cit. Ceterū regio ignobilis: z vix quicq; illustre sortita: paruis
oppidis habitat. parua flumina emittit: solo q; viris melior: z se-
nitie gentis obscura. Ex ijs tamen: que cōmemorare non piget.
Montes sunt alti: qui continenter z quasi de industria in ordinē
expositi ob numerū septem: ob similitudinē fratres vocant. Tum
pada fluiuis: z rusigada z siga parue vrbes: z portus: cui magno ē
cognomen ob spaciū. **M**uluca ille: quē diximus: amnis est ingeni-
tium olim regnorū terminus Bocchi Jugurtheq;. **A**b eo Nu-
midia ad ripas exposita fluminis ampfaci: spacio quidē q; **M**au-
ritania angustior est: Verum z culta magis z ditior. **U**rbiū: quas
habet maxime sunt **L**yrtha procul a mari: nunc **S**ucianoz colonia

quondam regum domus Iube & Siphacis: cum foret opulentissi-
 ma. Jola ad mare aliquando ignobilis: Nunc quia Iube regia fuit
 & q̄ cesarea vocat̄ illustris. Citra hanc (nam in medio ferme lit-
 tore sita est) Cartinna & Arsinna sunt oppida & ampla castellum &
 Laturus sinus & sardabale fluvius Ultra monumentū commune
 regie gentis. Deinde Jcosiuz & vrbisia vrbes. effluentes inter eas
 Ancus & Nabar: aliaq; que taceri nullum rerum fameve dispendiū
 est. Interius & longe satis a littoze (si fidē res capit) mirum ad-
 modum spine piscium. muricum ostreorumq; fragmenta: saxa at-
 trita (vri solent) fluctib⁹ & nō differentia: marinis infixę cautibus
 anchorę: Alia & huiusmodi signa atq; vestigia effusi olim vsq; ad
 ea loca pelagi in campis nihil alentibus esse inueniriq; narrantur.
C Regio que sequit̄ a promonto:io Metagonio ad aras phileno-
 rum proprie nomen Africę vsurpat. In ea sunt oppida Hippore-
 gius & Kusicade & Labraca. Deinde tria promontoria: candidum.
 apollinis. mercurij vaste proiecta in altum duos grandes sinus ef-
 ficiunt hipponensem vocant proximū ab hipponediario: quod lit-
 tori eius appositum est. In altero sunt castra Ielia. castra cornelia:
 flumen Brigada. Utica. & Carthago. ambe indyte: ambe a phoe-
 nicibus condite: Illa fato Latonis insignis. hec suo: nunc populi
 romani colonia: olim imperij eius pertinax emula. Jam quidem
 iterum opulenta: etiam nunc tam priorum excidio rerum q̄ ope
 presentiu clarior. Hadrumentum. Leptis. Lupea. habromacte.
 Phyre. Neapolis hinc ad syrtim adiacēt: vt inter ignobilia celeberrime
 Syrti sinus est: centum fere milia passuum qua mare accipit
 patens: trecenta qua cingitur. Verum importuosus atq; atrox: et
 ob vadorum frequentium breuia magisq; etiam ob alternos mo-
 tus pelagi affluentis & refluentis infestus. Super hunc ingens
 palus annē Tritona recipit. ipsa Tritonis: Unde & Metinuz co-
 gnomen inditum est: vt incolę arbitrantur ibi gente: faciuntq; ei

fabule aliquam fidem / q̄ quem natalem eius putant: ludicris v̄r /
ginum inter se decertantiū celebrant. Ultra est Oza oppidum ⁊
Linyrs fluvius per vberissima arua decidens. Tum leptis altera ⁊
lyrtis: nomine atq; ingenio par priori. Leterum altero fere spacio
qua dehiscit: quaq; flexum agit / amplior. Eius promontorium est
Borion: ab eoq; incipiens ora quam Lotophagi tenuisse dicuntur
vsq; ad pbiconia: ⁊ id promontorium est importuoso litore per /
tinax. Are ipse nomen ex philenis fratribus traxere: qui cōtra cyre
naicos missi Carthagine ad dirimendum conditione bellum diu
iam de finibus ⁊ cum magnis amboꝝ cladibus gestum. Postq̄
in eo quod conuenerat non manebatur: vt vbi legati concurrerant
certo tempore vtrinq; dimissi ibi termini statuerent: pacti de in /
tegro vt quicquid citra esset: popularibus cederet: mirum ⁊ memo
ria dignissimū facinus hic se viuos obrui pertulerunt. ¶ Unde ad
catabatmon cyrenaica prouincia est: i eaq; sunt Hammionis oracu /
lum fidei inclyte: ⁊ fons: quem solis appellant: ⁊ rupes quedam au
stro sacra. Hec cum hominū manu attingitur: ille immodicus ex /
urgit: harenaq; quasi maria agens sic sequit: vt equoꝝ fluctibus:
fons media nocte feruet. mox ⁊ paulatim tepescens fit luce frigi /
dus: tunc vt sol surgit ita frigidior. subinde per meridiem maxi /
me riget. sumit deinde tepores iterum ⁊ prima nocte calidus: atq;
vt illa procedit: ita calidior. rursus cum est media perferuet. In li
tore promontoria sunt zepbyrion. ⁊ naustathmos. portus pareto /
nius: Vrbes. hesperia. Apollonia. Ptolemais. Arsinoe. atq; vnde
terris nomē est: ipsa Lyrene. ¶ Catabatmos vallis venexa in egyptum
finit africam. Ore sic habitantur ad nostrum maxime ritum
moratis cultoribus: nisi q̄ quidam linguis differunt ⁊ cultu deo /
rum quos patrios seruant ac patrio more venerantur. Proximis
nullę quidē vrbes stant. tamen domicilia sunt: que Mopalialia ap /
pellantur. victus asper ⁊ mundicijs carens. primo: es sagis velant

vulgus bestiarum pecudumq̄ pellibus. huius quies epuleq̄ capti-
 untur: Massa ligno fiunt aut cortice. potus est lac succusq̄ bacca-
 rum. cibus est caro plurimum ferina. Nam gregibus (quia id solū
 optimū est) quoad potest/parcitur. Interiores etiam incultius.
 sequuntur vagi pecora: vtq̄ a pabulo ducta sunt: ita se ac tuguria
 sua promouent atq̄ vbi dies deficit: ibi nocte agunt. quāq̄ in fa-
 milias passim et sine lege dispersi/nihil in cōmune consultant: ta-
 men quia singulis aliquot simul coniuges/et plures ob id liberi a-
 gnatiq̄ sunt nusq̄ pauci: Ex his qui vltra deserta esse memorant
 atlantes solē execrant: et dum oritur, et dum occidit vt ipsi: agrif-
 q̄ pestiferum. Nomina singuli non habent. non vescuntur anima-
 libus. neq̄ illis in quiete qualia ceteris mortalibus visere datur.
 Troglodyte nullarum opum domini: strident magis quā loquunt
 specus subeunt alunturq̄ serpentibus. Apud gramantes etiā ar-
 menta sunt ea: que obliqua ceruice pascuntur. Nam pronis directa
 in humum cornua efficiunt. Nulli certa vxor est. Ex his qui tā con-
 fuso parentū coitu passim incertiq̄ nascunt: quos pro suis colant:
 forme similitudine agnoscunt. Fugile manes tantū deos pu-
 tant. per eos deierant. eos vt oracula consulunt: precati q̄ que vo-
 lunt: vbi tumulis incubere: pro responsis ferunt somnia. Soemi-
 nis eorum solenne est nocte: qua nubunt: omnium stupro patere:
 qui cum munere aduenerint: et tum cum plurimis concubuisse ma-
 ximum decus. in reliquū pudicitia insignis est. Nudi sunt Gam-
 pbalantes: armorumq̄ omnium ignari. nec vitare sciunt tela nec
 iacere: ideoq̄ obuios fugiunt. neq̄ aliorum q̄ quibus idem inge-
 nij est: aut congressus aut colloquia patiuntur. Blennyis ca-
 pita absunt. vultus in pectore est. Satyris preter effigiem nihil
 humani. Aegypanum que celebratur ea forma est. hec de Africa.

Particularis Aegipti descriptio.



Sic prima pars Aegyptus inter catabatmon ⁊ arabas ab hoc litore penitus immissa donec ethiopiā dorso cōtingat/ad meridiē refugit Terra ex pers in/briū mire tamē fertilis ⁊ hominū aliorūq; animaliū pfoecunda generatrix: Nilus efficit anniū in nostrū mare pmeantiū maximus. hic ex desertis africe missus nec statim nauigari facilis nec statim nilus ē: ⁊ cū diu simplex seuusq; descendit: circa Meroen late patentē insulā in ethiopiā diffundit: alteraq; ex parte astabores altera astape dicitur ē. vbi rursus coit: ibi nomē hoc capit Inde parti asper parti nauigia patiens i imanē lacū deuenit: ex quo precipiti impetu egressus ⁊ talenso alterā insulā amplexus vsq; ad elephantilē urbem egyptiam atrox adhuc: feruensq; decurrit: Tum demū placidior: ⁊ iam pene nauigabilis: primum iuxta certaroz oppidum triplex esse incipit. Deinde iterumq; diuisus ad Deltam ⁊ ad Mselin it per omnē egyptum vagus atq; dispersus septemq; in ora se scindens singulis tamen grandis/ euoluitur. Non pererrat autē tantum eam: sed estiuo sydere exundans etiam irrigat: adeo efficacibus aquis ad generandū alendumq; vt preter id q; scater piscib⁹. q; hyppopotamos crocodilosq; vastas belluas gignit: glebis etiā infundat animas: ex ipsaq; humo vitalia effingat. hoc eo manifestum est q; vbi sedauit diluuiā: ac se sibi reddidit: per humentes campos quedam nondum perfecta animalia: sed tum primum accipientia spiritum/ ⁊ ex parte iam formata ex parte adhuc terrea visunt. Crescit pono: siue q; solute magnis estibus nives ex imanibus ethiopiē iugis largius q; ripis accipi queant/ defluunt: siue q; sol hyeme terris propior: ⁊ ob id fontem eius minuens tunc altius abit: sinitq; integrum: ⁊ vt est plenissimus/ surgere: siue q; per ea tempora flantes ethesie aut actas a septentrione in meridiem nubes super principia eius imbre precipitant: aut venienti obuię aduerso spiritu cursum descendētis

7
impediunt aut harenis: quas cum fluctibus littori applicant / ostia
obducunt: sitq; maior: vel q; nihil ex semet amittit: vel q; plus q;
solet accipit: vel q; minus q; debet emittit. Qd si est alter orbis:
suntq; oppositi nobis a meridie Antichthonos: ne illud quidem a
vetro nimium abscesserit: in illis terris ortum annem. vbi subter
maria teo alueo penetraverit: in nostris rursus emergere: z hac re
solstitio accrescere: q; tū hyems sit: vnde oritur. Alia quoq; i his
terris mira sunt. In quodam lacu chemnis insula lucos siluasq; et
Apollinis grande sustinens templum natat z quocūq; venti agūt
pellitur. Pyramides tricenium pedum lapidibus extracte: quarū
maxima (tres nanq; sunt) quattuor fere soli iugera: que sede occu
pat: totidem in altitudinē erigitur. Mæoris aliquando campus
nunc lacus viginti millia passuum in circuitu patens: altior q; ad
nauigandū magnis onustisq; nauib⁹ satis est. Psammetie opus
labyrinthus domos mille z regias duodecim perpetuo parietis
ambitu amplexus marmore extractus ac tectus vnum in se descen
sum habet: intus pene innumerabiles vias multis ambagibus hac
z illuc remeantibus: sed continuo anfractu z sepe reuocatis porti
cibus ancipites: quibus subinde alium super alios orbem agenti
bus: z sub inde tantum redeunte flexu quantum processerat: ma
gno z inexplicabili tamen errore perplexus est. Cultores regionū
multo aliter a ceteris agunt. mortuos fimo obliti plangunt. nec
cremare aut fodere fas putant: verum arte medicatos intra pene
tralia collocant. Suis litteris peruerse vtuntur. lutum inter manus
farinam calcibus subigunt. Sorum ac negocia foemine. viri pensa
ac domos curant. onera ille humeris. hi capitibus accipiunt. pa
rentes cum egent illis necesse est: his liberum est alere. cibos pa
lam z extra sua tecta capiunt. obscena intimis edium reddunt. co
lunt effigies multorum animalium atq; ipsa magis animalia sed
alij alia: adeo vt quedam eorum etiam per imprudentiam inter /

emisse capitale sit: & ubi morbo aut forte extincta sint sepelire ac lu-
gere solenne sit. Apis populorum omnium nomen est Bos ni-
ger certis maculis insignis: & cauda linguaq; dissimilis aliorum.
raro nascitur nec coitu pecoris (vt aiunt) sed diuinit⁹ & celesti igne
conceptus: diesq; quo gignitur genti maxime festus est. Ipsi vetu-
stissimi (vt predicant) hominum trecentos & triginta reges ante
Amasim: & supra tredecim millium annorum etates certis annali-
bus referunt: mandatumq; litteris seruant: dum egyptij sūt qua-
ter cursus suos vertisse sydera: ac solē bis iam occidisse/vnde nūc
oritur. Viginti millia urbium Amasi regnante habitauerunt: & nunc
multas habitant. Earum clarissime procul a mari. Sais. Mem-
phis. Syene. Bubastis. Elephantin. & Thebe utiq; (vt homero di-
ctum est) centum portas: siue (vt alij aiunt) centum aulas habent:
totidem olim principum domos: solitasq; singulas ubi negotium
exegerat: dena armorum millia effundere. In littoze Alexandria
africę contermina. Pelusium arabie ipsas oras secat. Lanopicum.
Nolbiticum. Seueniticum. Pathameticum. Mendesium. Cata-
priscum. Pelusiacum nili ostia.

Arabia hinc ad rubrum mare pertinet: sed illic magis leta & di-
tio: thure atq; odoribus abundat. hic nisi qua Lasio monte attol-
litur: plana & sterilis portum admittit Azotum suarum mercium
emporium. Qua in altum abit: adeo edita vt ex summo vertice a
quarta vigilia ortum solis ostendat.

Syria late littoza tenet terrasq; etiam latius intro: sus alijs
alijsq; nuncupata nominibus. Nam & coele dicitur: & mesopota-
mia: & damascene: & adiabene: & babylonia: & iudea & colophone.
hinc palestina est: qua tangit arabas cum phoenice: & ubi se cilicie
committit: Antiochia olim ac diu potens: Sed cum eam regno
Semiramis tenuit longe potentissima. operibus certe eius insi-

guia multa sunt. duo maxime excellunt. constituta vrbis mire magnitudinis Babylon: ac siccis olim regionibus Euphrates & Tygris immixti. Ceterum in Palestina est ingens & munita admodum Gaza: sic Persę grarium vocant: & inde nomen est: q̄ cum Lambyses armis egyptum peteret: huc belli & opes & pecuniam intulerat. Est non minor Ascalon. Est Jope ante diluuium: vt ferunt: condita: vbi Lephea regnasse eo signo acolę affirmant: q̄ titulum eius fratrisq; pbinei: veteres quedam arę cū religione plurima retinent. quin etiam rei celebratę carminibus ac fabulis seruateq; a Persęo Andromedę clarum vestigiuz bellę marine ossa immania ostentant.

¶ Phoenicen illustrare Phoenices solers hominum genus: & ad belli pacisq; munia eximium: litteras & litterarum operas: aliasq; etiam artes. maria nauibus adire. classe configere. imperitare gentib; regnum preliumq; comenti. In ea est Tyros aliquando insula nunc annexa terris defecit: q̄ ab impugnanate quondam Alexandro facta opera vici tenent vltiora. Et adhuc opulenta Sidon anteq; a Persis caperetur maritimarum vrbium maxima. Ab ea ad promontorium euprosopon duo sunt oppida bubos et bactros. Ultra tria fuerunt singulis inter se stadijs distantia. locus ex numero tripolis dicitur. Tum smyrna castellū & vrbis non obscura marathos. Inde iam non obliqua pelago: sed aduersa adiacens a terra grandem sinum inflexo tractu littoris accipit. populi dices circumfident. situs efficit: quia regio fertilis crebris & navigabilis alucis fluminum peruia: diuersas opes maris atq; terrarū facili cōmertio permutat ac miscet. In eo prima est reliqua pars syrię: cui antiochie cognomen additur. & in ora eius vrbes Sclentia. byppatos. berytos. laodicea. arosos. amnesq; inter eas eunt lichos & byppatos & orontes. Tum mons amanus: & ab eo statim mariandros & Cilices

¶ At in recessu intimo locus ē magni aliqui discriminis fusorū ab

Alexandro persarum fugientisq; Darij spectator ac testis. Nunc
ne minima quidem tunc ingenti vrbe celebris issos fuit: & hac re
finus illicus dicitur. procul inde Amynodes promontoriū inter
pyramum cydnumq; fluvios iacet. Pyramus isso prior maloscu
preterfluit. Lydus vltra p tarsum exit. Deinde vrbs est olim a
rhodijs argiuusq; post piratis Pompcio assignante possessa. nunc
pompeiopolis. tunc Soloe. Juxta in paruo tumulo Arati poete
monumentum ideo referendum: quia ignotum/ quam ob cau sam
iacta in id saxa dissiliunt. Non longe hinc corycos oppidū portu
saloq; incingitur angusto tergoze continenti adnexū. Supra spe/
cus est nomine Lorycius singulari ingenio ac supra q̄s ut describi
facile possit: eximius. Grandi itaq; biatu patens montem littori
appositum: & decem stadiorum cliuo satis arduum ex summo sta/
tim vertice aperit. Tunc alte demissus & quantum demittitur am/
plior: viret lucis pubentibus vndiq; & totum se nemoroso laterum
orbe complectitur adeo mirificus ac pulcher: vt mentes acceden/
tium primo aspectū consternat: vbi contemplati durauere non sa/
ciat. Unus in eum descensus est angustus asper quingentorum et
mille passuum per amoenas vmbrias & opaca silue quiddam agre/
ste resonantis rivis hinc atq; illinc fluitantibus. Vbi ad ima per/
uentum est: rursus specus alter aperitur ob alia dicendus. Terret
ingredientes sonitu cymbalorum diuinitus & magno fragore cre/
pitantium. Deinde aliquandiu perspicuus: mox & quo magis subi/
tur: obscurior ducit ausos penitus alteq; quasi cuniculo admittit.
Ibi ingens amnis ingenti fronte se extollens tantūmodo se osten/
dit: & vbi magnum impetū breui alueo traxit: iterū demersus abs/
condit. Intra spaciū ē magis q̄s vt progredi quisq; ausit horrible
& iō incognitū. Totus aut angust⁹ & vere sacer: habitariq; a dijs &
dignus & creditus. nihil nō venerabile & quasi cū aliquo numine se
ostentat. Alius vltra est: quē typhoneū vocat ore angusto & multū

vt experti tradidere: pressus et ob id assidua nocte suffusus neque enim
 quibus perspicui facili. sed quia aliquando cubile typhonis fuit: et quia
 nunc demissa in se confestim exanimat natura fabulaque memoran-
 dus. Duo deinde promontoria sunt Sarpedon finis aliquando re-
 gni sarpedonis: et quod cilicia a pamphilia distinguit: anemurium
 interque ea cetandarum et natidos famiorum colonie sed cetandarum
 sarpedoni propior. ¶ In pamphilia est Melas navigabilis fluvius
 oppidum Sida: et alter fluvius Eurymedon. Magna apud cum Ly-
 monis atheniensium ducis adversus phenicas et Persas navalis pu-
 gna atque victoria fuit. Mare quo pugnatum est: ex edito admodum
 colle prospectat asperidos: quam argum condiderat possidere finiti-
 mi. Deinde alij duo validissimi fluvij oestros et carabes. oestros
 navigari facili. hic quia se precipitat ita dicitur. Inter eos perga est
 oppidum: et diane: quam ab oppido pergeam vocant templum. Trans
 eosdem mons sardemios et pbafelis a mopso condita finis pamphi-
 lie. ¶ Lycia continuo cognominata a lyco rege pandionis filio atque
 ut ferunt infestata olim chynere ignibus Syde portu et tauri pro-
 montorio grande finem claudit. Taurus ipse ab eo litoribus ex-
 urgens vasse satis attollit: Deinde dextro latere ad septentrionem
 sinistro ad meridiem versus it in occidentem rectus et perpetuo iugo
 magnarumque gentium qua dorsum agit: terminus. ubi terras dirimit:
 exit in pelagus. Idem autem et totus ut dicitur est: dicitur etiam qua
 spectat orientem. Deinde hemodes et caucasus et propanisus. Tum ca-
 spic pile nipbates et armenie pile: et ubi iam nostra maria contingit
 taurus iterum. Post eius promontorium flumen est lymira: et eo-
 dem nomine civitas: atque ut multa oppida sic preter Pataram non
 illustria: Illam nobilem facit delubrum Apollinis quondam opibus
 et oraculi fide delphico simile. Ultra xeanthus flumen et xanthos
 oppidum mons cragus. et que lyciam finit: urbs telmios. ¶ Caria se-
 quitur habitatur incerte originis. alij indigena. sunt qui pelagos.
 quidam cretas existimant. genus usque eo quondam armorum pugneque

amans: vt aliena etiam bella mercede agerent. hic castella aliquot sunt. Deinde promotoria duo pedalion z citria: z secundū galbiā amnem: gaurus oppidum valitudine habitantiū infame. Inde ad alicarnasson hec adiacent: Rhodiorū aliquot colonie. portus duo: gelos: z cui ex vrbe quā amplectitur thysamissa cognomē est. In ter eos oppidū latumina z pandion collis i mare emissus. Tū tres ex ordine sinus Thymnias. Schenus Bubesius Thymnię promōtorium Aphrodisium est. Schenus ambit hylam. Bubesius cynotum. Eydus in cornu peninsule. Interq; eam z tetraticū sinum in recessu posita entiana. Alicarnassos argiuorū: colonia est z cur memoranda sit preter conditores: mausoleum efficit regis mausoli monumentuz vnū de miraculis septē artemisie opus. Trans alicarnasson illa sunt: littus leuca. vrbes myridos aruanda. neapolis: sinus iasus z basilicus. In iaso ē baralos. Post basilicū Ionina aliquot se ambagibus sinuat z primum a possideo promontorio inflexum inchoans cingit oraculum apollinis dictum olim bramatie nunc dydimi. Miletum vrbem quondā ionie totius belli paci:q; artib⁹ principem: patriam Thaletis astrologi z Timothei musici z Anaximandri physici: aliorumq; ciuium inelytis ingenijs merito inelytam: vtunq; Ionā vocāt: vrbem byppin annis meandri exitum. Latmū montē endymionis a luna (vt ferunt) adamati fabula nobilē. Deinde rursus inflexa cingit vrbem prienen z gesi fluminis ostium: moxq; ut maiore circuitu: ita plura complectitur. Ibi est Panioniū sacra regio: z ob id eo nomine appellata: q; eam cōmuniter iones colunt: ibi a fugitiuis (vt aiunt) condita. nomen fame annuit phygeta. Ibi ephesus z diane clarissimū templum: quod Amazones asia potite consecrassē traduntur. Ibi castros annis. Ibi lybedos: clarij q; apollinis sanū: quod maito tiresie filia fugiens victores thebanorum. ephygonos z colophon quam Mopsus eiusdem mantos filius statuit. ad promontorium

quo sinus clauditur: quod altera parte alium: quem smyrneum vo-
 cant/efficit: angustisq; ceruicibus reliqua extendit. in latius abit in
 peninsule faciem super angustias hinc ceos illinc clazomena. et qz
 terga agunt confinio adnexa mari diuersis frontibus diuersa ma-
 ria prospectant. In ipsa peninsula est Loyna. in sinu smyrneo est
 thermodon amnis: et vrbs leuca. extra phocis ionie vltia. Pro-
 xima regio ex quo ab eolis incolis coepit eolis facta: ante mysia: et
 qua bellepontu attingit troianis possidentib; troas fuit. Prima
 urbem a myrino conditore myrinam vocant. Sequente pelops sta-
 tuit victo oenomaio reuersus ex grecia. zimon nominauit: pntis q
 habitabant: dux amazonu zime. Supra caycus inter eleam occurrit
 et Pytanem illa: que archesilan tulit nihil affirmantis achademie
 clarissimu antistitem. Tum i promontorio est cyrma oppidu: qd
 preteruectos sinus excipit non paruus: sed longe ac molliter flex;
 retrahensq; paulatim oras vsq; ad ima montis ide. Istmos par-
 uis urbibus aspersus est: quarum clarissima est cistena. gremio in-
 teriore campus thebe nomine adrynction austram. cressam oppi-
 da: eodem quo dicta sunt ordine: adiacentia continet. In altero la-
 tere Antandru duplex causa nominis iactatur. alij Ascaniu Henez
 filium cum ibi regnaret: captum a pelasgis ea se redemisse come-
 morant. Alij ab ijs putant conditam: quos ex andro insula vis et
 seditio exegerat. hi antandrum quasi pro andro. illi quasi pro viro
 accipi volunt. Sequens tractus tangit gargara et assona etoloru
 colonias. Tu sinus alter achgon limen no longe ab ilio littora in-
 curuat vrbe bello excidioq; clarissima. hic Sigeum fuit oppidum
 hic achiuorum fuit bellantiu statio. huc ab ideo mote demissus
 scamander exit et Simois fama q; natura maiora flumina. Ipse mos
 vetere diuaz certamie et iudicio paridis memorat; oriente sole ali-
 ter: q; i alijs terris solet aspici/ ostetat. naq; ex summo vertice eius
 specularib; pene a media nocte sparsi ignes passim micare: et vt

lax appropinquat : ita coire ac se coniungere videntur : donec magis
magisque collecti pauciores subinde et vna ad postremum flamma ar/
deant. ea cum diu clara et incendio similis effulsit. cogit se ac rotun/
dat et fit ingens globus. diu is quoque grandis et terris adnexus ap/
paret: deinde paulatim decrescens: et quanto decrescit: eo clarior fu/
gat. nouissime nocte: et cum die iam sol factus attollitur. Extra si/
num sunt rbeta littora a Kbeta et dardania claris urbibus. Asia/
cis tamen sepulchro maxime illustra. Ab his fit arctius mare: nec
iam abluit terras: sed rursus diuidens angusto bellesponti fretu lit/
tus obuium findit: facitque ut iterum terre: qua fluit: latera sint. In/
terius bithyni sunt et mariandyni. In ora graecae urbes abydos et
lampfacum et parion et priapos. Abydos magni quondam amoris/
comercio insignis est. Lampfacum phoceis appellantis nomen ex
eo traxit: quod consulentibus: in quam terras potissimum tenderet:
responsum erat: ubi primum fulsisset: ibi sedem capessere. Tum rur/
sus fit apertius mare propontis in id Bzanicus effundit: pugna
que primum inter persas et Alexandrum fuit/nobilis. Trans a/
minae sedet in ceruice pene insulae cysicum. nomen cysicus indidit:
quem a misyis imprudentibus: cum colchos peterent: fusum acie
cesumque accepimus. Post plagea et cylace parue pelagorum colo/
nic: quibus a tergo iminet mons olympus: ut incolae vocant: Dity/
sius flumen rhyndacem in quem sequuntur emittit. Circa/angues na/
scuntur immanes neque ob magnitudinem modo: sed ob id etiam
mirabiles: quod ubi in alueum eius estas soleque fugerunt: emergunt
atque hiant: superuolantesque aues: quavis alte et perniciousiter ferantur
absorbent. Trans rhyndacem est dasilos: et quam colophonij collo/
caere mysrae. Duo sunt inde modici sinus. alter sine nomine chi/
on amplectitur Phrygiae haud longe iacentis opportunissimum em/
porium. alter olbianos / in promontorio fert Neptuni sanum. in
gremio astacon a megarensibus conditam. Deinde priores terre
iterum iacent: exiturique in pontum pelagi canalibus angustior. Europa

11

ab asia stadijs quinque determinat thracicus: ut dictum est: bospho-
 rus. Ipsis in faucibus oppidum. in ore templum est. oppidi no-
 men chalcedon. auctor Archias megarensium princeps. templi nu-
 men Iuppiter conditore Iaso. Ubi iam sese ingens pontus ape-
 rit: nisi qua promontoria sunt: huc atque illuc longo rectoque limite
 extentus. sinuatus cetera. Sed quia contra minus quam ad leuam et de-
 xtram abcessit: mollibusque fastigijs donec angustos utrinque angu-
 los faciat: inflectitur. ad formam scythici arcus maxime incuruus
 breuis. atrox. nebulosus. raris stationibus. non molli neque areno-
 so circumdatus littore. vicinus aquilonibus. et quia non profundus
 est: fluctuosus atque feruens. olim ex colentium seuo admodum in-
 genio axenus: post commertio aliarum gentium mollitis aliquantum
 moribus dictus euxinus. In eo primum mariandyni urbem ha-
 bitant ab argiuo (ut ferunt) hercule datam. heraclea vocatur. id
 fame fidem adiecit. Juxta specus est acherusia ad manes (ut aiunt)
 peruius: atque inde extractum Cerberum existimant. Tum thios op-
 pidum millesiorum quidem colonia: sed iam soli gentisque papbla-
 gonum: quorum in littoribus pene medijs promontorium est La-
 rambis. Litra Patthenus amnis. urbes Sesamus et cromnos: et a-
 citbiforo pbryxi filio posita cythoros. Tum cynobus et colliris: et
 que papblagoniam finit armene. Chalybes proximi clarissimas
 habent amyson: et synopen cynici Diogenis patriam. amnes alyn et
 thermodonta. secundum alyn urbs est lycasto. a thermodonte capus
 in eo fuit themiscyrum oppidum. fuere et amazonum castra. id ama-
 zonum vocant. Taberem chalybas artingunt: quibus in risu lusu-
 que summum bonum est. Ultra carambin mossini turres ligneas sube-
 unt notis corpus omne persignant. propatulo vescuntur. promi-
 seue concubunt. et palam reges suffragio deligunt: vinculisque et ar-
 ctissima custodia tenent. atque ubi culpam praeue imperando meruere
 media diei totius afficiunt: ceterum asperi. inculti. pernoxij appulsis

Deinde minus feri verum & hi inconditis moribus macrocephali
disceri. buxedi. rare vrbes cerasimpta & trapezos maxime illu/
stres. Inde is locus est: vbi sine ductus a bosphoro tractus acci/
pit: atq; inde se in sinu aduersi littois flexus attollens angustissi/
mum ponti facit angulum. hic sunt colchi. hic phasis erumpit. hic
eodem nomine quo amnis est atbenistagoza milesio deducit op/
pidum. hic pbryxi templum & lucus fabula vetere pellis auree no/
bilis: hinc orti montes longo se iugo & donec rbipheis cōiūgan/
tur exponigunt: qui altera parte in euxinum & meotida & tanaim.
altera in caspium pelagus obuersi cerauni dicuntur: ijdem aliubi.
taurici moschi. amazonici. caspij. corasici. caucasi: vt alijs alijsue ap/
positis gentibus ita alijs alijsq; dicti nominib⁹. At in primo fle/
xu iam curui littois oppidum est: quod greci mercatores constitu/
isse: & quia cum ceca tempestate agerentur: ignaris: que terra esset:
cygni vox notam dederat cygnū appellasse dicuntur. Reliqua eius
fere inculte q; gentes vasto mari assidentes tenent. menandea. ter/
restrea. sexsolite. coraxi. cleptitophagi. beniochi. achei. cercetici.
etiam in confinio meotidis syndones. In beniochorum finibus
dioscorias a castore & polluce pontum cum iasone ingressis: Syn/
dos in syndonum ab ipsis terrarū cultorib⁹ condita ē: Obliqua
tunc regio & in latum modice patens inter pontus paludemq; ad
bosporum excurrit: quā duobus alueis in lacum & in mare pro/
fluens coracandani pene insulam reddit. Quattuor vrbes ibi sunt
hermonos saccephoe. spana. corea. & in ipso ore cimmeriū. hac in/
gressos lacus accipit longe lateq; diffusus. qua terras tangit incur/
uo circumdatus littois. qua mari propior est: nisi vbi aperitur: qua
si margine obductus citra magnitudinē prope ponto similis. Quā
que a bosphoro ad Tanaim vsq; deflectitur meotici incolunt torea/
re arrichi. phicores. & ostio fluminis proximi xamathē: apud eos
easdem artes foemine: quas viri exercent: adeo ut ne militia quidē

vacent. Viri pedibus inherent sagittisq; depugnant: ille equestre
 p:elium incunt. nec ferro diuicant: sed quos laqueis intercepte:
 trabendo conficiunt. nubunt tamē verum vt nobiles habeant: non
 in etate modus est nisi que hostem interemere/ virgines manent.
 Ipse Tanais ex rhipheo monte deiectus adeo p:iceps ruit: vt cū
 vicina flumina tum meotis z bosphorus. tum ponti aliqua bruma
 li rigore durentur: solus estus hyemēq; iuxta ferens idem semper
 z sublimis incitatusq; decurrat. ripas eius sauromatē z ripis be/
 rentia possident. vna gens. aliquot populi z aliquot nomina. pri/
 mi meotici gincrocātū enoe. Regna amazonū foecundos pabulo
 at alia steriles nudosq; campos tenent budini. Seloni vrbē ligne/
 am habitant. Juxta thissagetē turcēq; vastas siluas occupant: alun/
 turq; venando. Tum continuis rupibus late aspera z deserta re/
 gio ad arcampheos vsq; permittitur. his instissimi mores pro do/
 mlbus nemoza. alimenta baccē. z maribus z foeminis nuda sūt ca/
 pita. Sacri itaq; habentur: adeoq; ipsos nemo de tam feris genti/
 bus violat: vt alijs quoq; ad eos cōfugisse pro asylo sit. Ultra sur/
 git mons rhipheus vltraq; eum iacet ora: que spectat oceanum.

Pomponij Melle de situ orbis liber secundus.



Sic in nostrum mare Tanainq; vergentis: quem di/
 xi finis ac situs est: ac per eundem amnem in meoti/
 da remeantibus ad dextram europē modo sinistro
 latere in nauigantium apposita ac rhipheis montib⁹
 proxima. z huc enim pertinent. cadentes assidue ni/
 ues adeo inuia efficiūt: vt vltra ne visū quidē inrēdētū admittāt.
 Deinde ē regio vitis admodū soli inhabitabilis tū: q; grypbi se/
 uum z ptinax feraz gen⁹ aurum terra penit⁹ egestum mire amant
 mireq; custodiunt: z sunt infesti attingentibus. hominum pri/
 mi sunt Scythē scytharūq; quis singuli oculi esse dicūt arimaspe.

Ab eis cendones vsq; ad meotida. huius flexum butes annis se/
cat. Agathyrsi & sauromate ambiūt: quia pro sedibus plaustra ha/
bent dicti maxobite. Obliqua tunc ad bosphorū plaga excurrrens
ponto ac meotide includitur. In paludē vergentia sarcage tenent
In bosphorum cimmerica oppida myrmetion. panticaeum theo
dosia. hermisium. In Euxinū mare taurici. Super eos sinus por
tuosus & ideo calos limen appellatus promontorijs duobus inclu
ditur: Alterū criu metopon vocant: carambico: quod in asia dixi/
mus: patet aduersum. Parthenion alterū oppidum adiacet Lero
ne a diana (si credatur) conditū: & nymphæo specu: qđ in arce eius
Nymphis sacratū est: maxime illustre. ¶ Subit tum ripam mare &
donec quinq; milia passuum absit a meotide refugientia vsq; sub/
sequens littoza: quę satharbe & taurici tenent: peninsulam reddit:
quod inter paludem & sinum est Ebatere nominatur. Sinus carcy/
nites. In eo vrbs est carcyne: quā duo flumina Gerros & hypaca/
res vno ostio effluentia attingunt verum diuersis fontibus & ali/
unde delapsi. Nam gerros inter basitidas & nomadas euoluitur.
Siluę deinde sunt: quas maximas hęc terrę ferunt: & panticaes:
qui nomadas georgosq; disternat. ¶ Terra tum longe distenta
excedens tenui radice littozi adnectit. Post spaciosa modice pau/
latim se ipsa fastigiat: & quasi in mucronem longa colligens latera
facie positi ensis allecta ē. Achilles infesta classe mare ponticū in/
gressus ibi ludicro certamine celebrasse victoriam: & cum ab armis
quies erat: se ac suos cursu exercitauisse memoratur: ideo dicta est
dromos achilleos. ¶ Tū borystenes gentē sui nominis abluūt in/
ter scythiæ amnes amenissimus. turbidis alijs liquidissim⁹ defluit
placidior q̄ ceteri potariq; pulcherrim⁹. alit letissima pabula ma/
gnosq; pisces: quibus & optimus sapor: & nulla ossa sunt. lōge ve/
 quosdā nasa descendit: ⁊ denales tritonobelunte cingit: ⁊ octū atu
 ria sonans. Sauso ⁊ magrada. Varduli vna gens hinc ad pyrenei
 iugi promontoriū ptinēs claudit hispanias. **U**sequit gallie latus
 alterū: cuius ora primo nihil pgressa in altum: mox tātundē pene
 in pelagus excedens quantū retro hispania abscesserat cantabricis
 fit aduersa terris: ⁊ grādi circuitu afflexa ad occidentē littus aduer
 tit. Tunc ad septentriones conuersa iterū longo rectoq; tractu ad
 ripas rheni aninis expandit. Terra est frumenti p̄cipue ⁊ pabu /
 li ferax ⁊ amoena lucis imanibus quicquid ex satis frigoris impa /
 tiens ē ager nec vbiq; alit: ⁊ noxio genere animalium minime fre /
 quens. Bentes superbe. superstiose. aliquādo etiā imanes adeo
 vt hominem oprimā ⁊ gratissimā dijs victimā crederent. manent
 vestigia veritatis iā abolite: atq; vt ab vltimis cedibus temperat:

ita nihilominus ubi deuotas altaribus admonere / delibant. habet
tamen et facundiam suam: magistrosq; sapientie dryndas. Hi terre
mundiq; magnitudinem et forma. motus celi et sideru / ac quid uij
uelint: scire profitentur. docent multa nobilissimos gentis clam et
diu uicenis annis in specu / aut in abditis saltibus. unu ex ijs que
precipiunt in vulgus effluxit: uidelicet ut forent ad bella meliores
eternas esse animas / vitamq; alteram ad manes. itaq; cum mortu
os cremant ac defodiunt: apta uiuentibus olim negotiorum ratio
etiam et exactio crediti deferebatur ad inferos: erantq; qui se in ro /
gos suoz uelut una uicturi libenter imitterent. Regio quam inco /
lunt omnis comata gallia. Populoru tria summa nomina sunt:
terminaturq; fluijs ingentibus. nam a pyreneo ad garumnam a /
quitania ab eo ad sequana celte. inde ad rhenum pertinent Belgie.
Aquitanorum clarissimi sunt ausci Celtarum bedui. Belgarum tre
ueri. Urbesq; opulentissime i treueris augusta. In beduis augu /
studunum. In aucis heliumberru. Garumna ex pyreneo monte
delapsus nisi cuz byberno imbre aut solutis niuibus intumuit: diu
uadofus / et uix nauigabilis fertur. At ubi obuius oceani exestuan
tis accessibus aduictus est: iisdemq; retro remeantib⁹ suas illiusq;
aguas agit: aliquantuz plenior / et quanto magis procedit: eo latior
fit. ad postremum magni freti similis nec maiora tantu nauigia to /
lerat: uerum etia more pelagi scipientis exurgens iactat nauigates
atrociter: utiq; si alio uentus alio unda precipitat. In eo est insula
Antros nomine: quam pendere et attolli aquis incrementibus ideo
incole existimant: quia cum uideatur editior aquis obiacet: ubi se
fluctus impleuit illam operit: nec ut prius tantuz ambit: et q; ea qui
bus ante ripe: collesq; ne cernerent obstiterant: tunc uelut ex loco
superiore perspicua sunt. A Garumne exitu latus illud incipit ter
re procurrentis in pelagus: et oro cantabricis aduersa littoribus
alijs populis media eius habitatibus / ab santonis ad osissimos
usq; deflexa. Ab illis enim iterum ad septentriones frons littoru

respicit: pertinentq; ad ultimos gallicarum gentium *W* Borinos:
 nec portu: quem *g*eforiciacū vocāt: quicq; habent notius. *R*he/
 nus ab alpihus decidens ppe a capite duos lacus efficit venetū z
 acromū. mox diu solidus: z certo alueo lapsus haud procul a ma/
 ri huc z illuc dispergit: sed ad sinistz amnis etiā tū z donec effluat
 rbenus ad dexterā pmo angust⁹ z sui filis. post ripis lōge ac late
 recedētib⁹ iā nō amnis s; ingēs lac⁹ vbi campos iplcuit si euo dicit
 eiusdēq; nois insulā āplex⁹ sit itez arctior itezq; fluius emittit.
¶ Germania hinc ripis eius vsq; ad alpes. a meridie ipsis alpi/
 bus. ab oriente sarmaticarū confinio gentiū. qua septentrionē spe/
 ctat. oceanico litore obducta est. Qui habitant immanes sūt ani/
 mis atq; corporibus: z ad insitam feritatem vaste vtraq; exercent/
 bellando animos/corpora ad consuetudines laboz maxime. frigo
 ra nudi agunt: anteq; puberes sint. z longissima apud eos pueri/
 tia est. viri sagis velantur aut libris arborum. quāuis seua hyeme
 nandi non patientia tātum illis/studium etiam est. bella cum fini/
 timis gerunt. causas eorum ex libidine accersunt: neq; imperitan/
 di prolatandiq; que possident. Nam ne illa quidē enixe colūt: sed
 vt circa ipsos que iacent vasta sint. Jus in viribus habēt adeo: ut
 ne latrocinij quidē pudeat: tm̄ hospitib⁹ boni. mitesq; supplicibus
 victu ita asperi incultiq; vt cruda etiā carne vescant. aut recentī aut
 cū rigentē in ipsis pecudū ferarūq; corijs manibus pedibusq; subi
 gendo renouarunt. Terra ipsa multis ipedita fluminibus. multis
 mōtib⁹ aspera: z magna ex parte siluis ac paludib⁹ inuia. Paludū
 Suesia *W* Jesia z meliagū maxime. Syluaz hercynia z aliquot sūt
 q̄ nomē hnt: s; illa diez sexaginta iter occupās vt maior alijs. ita z
 uortoz. *W* Jotiū altissimi Taun⁹ z rbetico: nisi quoz noia vix ē elo
 qui ore romano. Amniū i alias gētes exeūtū Danubi⁹ z rhodan⁹
 i rbenū moeuis z lupia. In oceanū amisi⁹ vrbis z albis clarissimi
 Sup albi codan⁹ ingēs sin⁹ magnis pnisq; iululis refert⁹ ē. Acre ma
 re qd̄ gremio littoz accipit: nusq; late parz nec vsq; mari sile vax

aquis passim interfluentibus: ac sep̄e transgressis vagū atq; diffu/
sum facie amniū spargitur. qua littora attingit ripis contentū in/
sularū nō longe distantibus & vbiq; pene tantundē: vt angustuz &
par freto/curuanq; subinde se longo supcilio inflexum est. In eo
sūt imbrī & teutoni. vltra vltimi germaniē hermones. ¶ Sarmatia
intus q̄ ad mare latior. ab ijs quē sequunt̄ insula amne discretā.
qua retro abit vsq; ad istrū flumen immittit. gens habitu armisq;
partbice proxima: verum ut celi asperioris/ita ingenij. nō se vrbī/
bus tenent/ & ne statis quidem sedibus: ut inuita cre pabula vt ce
dens & sequēs hostis exigit/ita res opesq; secū trahens semper ca
stra habitat bellatrix. libera indomita. & vsq; eo imanis atq; atrox
vt focinīe etiam cum viris bella ineant: atq; ut habiles sint: natis
statim dextra aduritur māma. Inde expedita in ictus manus/ quē
exeritur virile fit pectus. arcus tendere. equitare. venari/ puellaria
pensa sunt. ferire hostem adultaz stipendiū est: adeo vt nō percuf
sisse pro flagitio habeat. sitq; cis poenē v̄ginitas. ¶ Inde asiē cō/
finia. nisi vbi perpetuē byemes sedent & intolerabilis rigor/ scythi/
ci populi incolunt fere omnes etiam in vnū Belge appellati. In
asiatico littore primi hiperbozei super aquilonem Rhipheosq; unō
tes sub ipso siderum cardine iacent: vbi sol nō quottidie ut nobis
sed primū verno equinoctio exortus autumnali demum occidit. &
ideo sex mensib⁹ dies: & totidē alijs nox vsq; continua est. Terra
angusta. aprica. per se fertilis cultores iustissimi: & diutius /q; vlli
mortalium/ & beatius viuunt. Quippe festo semp ocio leti nō bel
la nouere. nō iurgia. sacris operati maxime apollinis: quorum pri
mitias delon. misisse initio per virgines suas: deinde per populos
subinde tradentes vltioribus: moremq; cum diū & donec vitio
gentiū temperatus est/ seruasse referunt. habitant lucos syluasq;. &
vbi eos viuendi satietas magisq; tediū cepit: bylares redimiti ser
tis semetipsi in pelagus ex certa rupe precipiti dant. Id eis funus
eximū ē. ¶ Mare caspiū vt angusto/ ita longo etiam freto primū

terras quasi fluminis irrūpit: atq; vbi recto alueo influxit: in tres fi-
 nus diffunditur contra os ipsū in byrcanū. ad sinistrā in scythicuꝝ
 ad dextrā in eum que proprie ⁊ totius nominis caspiū appellant.
 omne atrox. seuum. sine portibus. procellis vndiq; expositum / ac
 beluis magis q̄ cetera refertū: ⁊ ideo minus nauigabile: ad intro-
 euntiū dextrā scythę nomades freti littorib⁹ insident. Intus sūt
 ad caspiū sinū caspij ⁊ amazones: sed quas sauromatidas appel-
 lant. ad byrcanum Albani. ⁊ MZolchi. ⁊ byrcani. In scythico amer-
 di ⁊ pestici. etiā ad fretum debrices. MZulti i eo sinu magni par-
 uiq; amnes fluunt: sed qui famā habēt ex ceraunis montibus vno
 alueo descendit duobus exit in caspiū araxes tauri latere demissus
 quoad cāpos Armenię secat: labitur placidus ⁊ silens / neq; i vtrā
 partē eat: qm̄q; intuearis / manifestus. cū in asperiora deuenit hic
 atq; illinc rupibus pressus: ⁊ quanto angustior / tanto magis per-
 nix. frangit se subinde ad opposita cauitum atq; ob id ingenti cum
 murmure sonansq; deuoluit adeo citus: vt qua ex precipiti casur⁹
 est: in subiectā nō declinet statim vndā: sed vltra q̄z canalē habet /
 euehat plus iugeris spatio sublimis / ⁊ aquis pendentibus semet-
 ipsum sine alueo ferens. deinde vbi incuruus arcuatoq; amne de-
 scendit: fit tranquillus iterūq; per cāpos tacitus ⁊ vix fluens. In
 id littus elabatur cyrus ⁊ cambyses ex radicibus cozfici montis vi-
 cini editi: ⁊ i diuersa abeunt perq; hiberas ⁊ byrcanos diu ⁊ mul-
 tum distantibus alueis defluunt. post nō longe a mari eodem lacu
 accepti in byrcanū sinum vno ore perueniunt. Taxartes ⁊ oxes
 per deserta scythię ⁊ surdianoꝝ regionibus in scythicuū exeunt. ille
 suo fonte grandis. hic incurso alioꝝ grandior ⁊ aliquandiu ad oc-
 casum ab oriente occurrens iuxta dacas primū inflectitur / cursuq;
 ad septentrionē cōuerso inter amardos ⁊ pesticasos aperit. Syluę
 alia quoq; dira animalia vex ⁊ tigres ferunt / vtiq; byrcantię seuum
 ferarum genus / ⁊ vsq; eo pernix: vt illis longe quoq; progressum
 equitem consequi: nec tantū semel: sed aliquotiens etiā / cursu vnde


coeperit / subinde repetito: solitū ⁊ facile sit. Causa ex eo ē: q̄ vbi il-
le interceptos eaz catulos citus coepit auerere: ⁊ rabiē appropin-
quantium frustratus / astu vnū de pluribus omittit. hęc proiectū
accipiunt: ⁊ ad cubilia sua referunt: rursumq; ⁊ sepius remeant at-
q; idē efficiunt: donec ad frequētiora q̄ adire audeant: profugus
raptor euadat. Ultra caspiū sinū quidnā esset / ambiguū aliquan-
diu fuit. Idem ne oceanus an tellus infesta frigoribus sine ambi-
tu: ac sine fine p̄iecta sed p̄ter phisicos homerumq; qui vniuer-
sum orbē mari circūfusum esse dixerunt: Cornelius nepos / ut re-
centior auctoritate: sic certior. testem autē rei. Q. Metellū celerem
adiicit: cumq; ita retulisse cōmemorat. Lū gallijs procosul p̄cesset
indos quosdā a rege boiorū dono: sibi datos: vnde i eas terras de-
uenissent requirendo / cognosse vi tempestatū ex indicis equozib;
abreptos emensosq;: que intererant / tandē i germaniē littora exi-
isse. Restat ergo pelagus. sed reliqua lateris eiusde; assiduo gelu
durant: ⁊ ideo deserta sunt. his oris quas angulo hęcice aduocul-
q; perstrinximus multe ignobiles insule ⁊ sine nominibus etiam
adiacent: sed earū: quas p̄terire non libeat. Bades frerū attingit
eaz; a continenti angusto spacio ⁊ veluti flumine abscissa. qua ter-
ris propior est pene rectā ripā agit. qua oceanū spectat duob; pro-
montorijs euecta in altū mediū littus abducit. ⁊ fert in altero cor-
nu eiusdem nominis vrbē opulentā. in altero templū egyptij. her-
culis conditoribus. religione. vetustate. opibus illustre. Tyrij con-
didere. cur sanctū sit / ossa eius ibi sita efficiūt. annoz quis manet
ab iliaca tempestate principia sūt. opes tempus aluit: In Iosita-
nia erythia: quā geryone habitatā accepimus: alieq; sine certis no-
minibus adeo agri fertiles: vt cū semel sata frumenta sint: subinde
reciduis seminibus segetē nouantibus septem minime inter plu-
res etiā messes ferant. In celticis aliquot sūt: quas quia plumbo
abundant vno omnes nomine cassiterides appellāt. Sena in bri-
tannico mari osismicis aduersa littoribus gallici numinis oraculo

insignis est: cuius antistites perpetua virginitate sancte numero no-
nem esse tradunt. Gallicenas vocat: putatque ingenijs singularibus
preditas: maria ac ventos concitare carminibus. Sequitur in que ve-
lit aialia vertere. sanare: que apud alios insanabilia sunt. scire ve-
tura et predicare. sed non nisi dedita navigantibus / et in id tantum:
ut se consulerent / profectis.

Britannia qualis sit: qualesque progeneret: mox certiora et magis
explorata dicent. Quippe tam diu clausa aperit ecce principum maxi-
mus nec indomitae modo ante se / vix ignotae quoque gentium vi-
cto: / proprietarum rerum fide ut bello affectavit ita triumpho declaratu-
rus portat: Et ex / ut adhuc habuimus: inter septentrionem occiden-
temque picta gradus angulo rheni ostia respicit. deinde obliqua re-
tro latera abstrahit. altero galliam. altero germaniam spectans tum rursus
perpetuo margine directi littoris ab tergo abducta / ite se in diuer-
sos angulos cuneat triquetra et Siciliae maxime similis. plana: in-
gens. secunda / vix ijs que pecora quam boves benignius alant. Fert
nemora saltus ac praegrandia flumina alternis motibus modo in pe-
lagus modo retro fluentia: et quaedam gemas margaritaeque generan-
tia. Fert populos regesque populorum. sed sunt inculti omnes atque
ut longius a continenti absunt: ita aliarum operum ignari magis tantum
pecore ac finibus ditescunt. incertum ob decorem / an quid aliud vitro co-
pora infecti. Laesas autem et bella contrahunt: ac si frequenter invicem
infestant / maxime imperitandi cupidine studioque ea prolatandi:
que possident. Dimicant non equitatu modo aut pedite: verum et bi-
gis et curribus gallice armati. Louinos vocat: quorum falcatis axibus
vitant. Super britanniam Iuvena est: pene par spacio: sed utrinque
equalis. tractu littorum oblonga. celi ad maturanda semina iniqui. ve-
rum adeo luxuriosa herbis non letis modo: sed etiam dulcibus: ut se
exigua parte diei pecora impleant: et nisi pabulo prohibeant / diutius
pasta dissiliant. Cultores eius incoditi sunt et omnium virtutum ignari
quam aliae gentes / aliquatenus tamen gnari. pietatis admodum expertes

Triginta sunt orchades angustis inter se ducte spacijs. Septē he/
modes cōtra germaniā vecte in illo sinu: quem codanum diximus
Ex ijs Lodanonia quā adhuc Teutoni tenēt: vt in fecunditate ali/
as: ita magnitudine ante stat. Que Sarmatis adēsa sūt ob alter/
nos accessus recursusq; pelagi ⁊ quot spacia quis distant: mō ope/
runt vndis: modo nuda sunt. alias insule vident: alias vna ⁊ con/
tinentis terra. In his esse ceneas: qui ouis auium palustriū: ⁊ aue/
nis tantū alant. esse equinis pedibus hippopodas: ⁊ Sarmalos
quibus magne aures ⁊ ad ambiendū corpus omne patule: nudis
alioquin proiecti sunt p:terq; qđ fabulis traditur auctores etiam
quos sequi nō pigeat/inuenio. Tile belgaz littori apposita ē gra/
ijs ⁊ nostris celebrata caminibus. In ea q; sol longe occasurus ex/
urgit breues vtiq; noctes sunt: sed per hyemē sicut alibi obscure.
estate lucide: q; per id tempus iam se altius euebens: qm̄q; ipse
non cernatur: vicino tamen splendore proxime illustrat. per solsti/
cium vō nulle: q; tū iā manifestior nō fulgore modo: sed sui quo/
q; partē maximā ostentat. Talge in caspio mari sine cultu fertilis
omni fruge ac fructibus abundās. Sed vicini populi que gignunt
attingere nefas: ⁊ pro sacrilegio habent/dijs parata existimantes/
dijsq; seruanda. Aliquot ⁊ illis oris: quas desertas diximus: que
deserte adiacēt: quas sine proprijs nominibus scythicas vocant.
Ab ijs in eoz recursus inflectitur inq; oīa terre spectantis orientē
pertinet. hec a scythico promontorio apposita primū omnis que
est inuia/deinde ob imanitatē habitantiū inculta. Scythę sunt an/
drophage ⁊ Sage distincti regione: quia feris scaret: inhabitabil.
vasta deinde itez loca belue infestant: vsq; ad montē mari inmi/
nentē nomine thabinj. Longe ab eo Taurus attollit. Seres inter/
sunt genus plenum iusticie ⁊ comertio: q; rebus in solitudine re/
lictis absens peragit.

¶ Notissima India nō eoo tantū apposita pelago: sed ⁊ ei quod
ad meridiē spectās indicū diximus: ⁊ hinc tauri ingis. ab occidente



Inde finita: tantū spaciū littoris occupat quantū per sexaginta di/
 es noctesq; velificantibus cursus ē. Ita multū a nostris abducta re/
 gionibus: vt in aliqua parte eius neuter septērio appareat: aliter /
 q; q; in alijs oris vmbre rerū ad meridiē iacent: Leterū fertilis: et
 vario genere hominū aliorūq; animalū scaret. Alit formicas non
 minus maximas canibus: quas more gryphoz aurū penitus ege/
 stū cū sūma pernicie attingentiū custodire cōmemorant. Inima/
 nes et serpentes aliqui vt elephantes morū atq; ambitu corporis
 afficiant. Tam pinguis alicubi et tam feracis soli: vt in ea mella fron/
 dib⁹ defluant. Lanas sylue ferant. Arundinū fissa internodia veluti
 nauitas binos et quedā ternos etiā vehāt. Cultoz habitus mo/
 resq; dissimiles. Vno alij vestimēt aut lanis: quas diximus. alij fe/
 raram auiūq; pellibus. pars nudi agunt. pars tantū obscena vela/
 ti. alij humiles paruiq;. alij ita proceri et corpore ingentes: ut ele/
 p⁹antis etiam et ibi maximis: sicut nos equis: facile atq; habiliter
 vtantur. Quidam nullū animal occidere. nulla carne vesci optimū
 existimant. Quosdā tantū pisces alunt. quidam proximi parentes
 priusq; annis aut egritudine i maciem eant: velut hostias cedunt:
 cesozq; viscerib⁹ epulari fas et maxime pium est. At vbi senectus
 aut morbus incessit: procul a ceteris abeunt: mortēq; in solitudi/
 ne nihil anxij expectant. prudētiores/eis quibus ars studiū sapien/
 tię contingit: non expectant eam: sed ingerendo semet ignib⁹ leti
 et cum gloria arcessunt. Vrbiū quas incolunt: sunt autē plurimę:
 Nysa est clarissima et maxima. montiū VJeros Joui sacer. famam
 hinc precipuā habent. in illa gentiū. In huius specu liberū arbi/
 trant esse nutritū. vnde grecis auctoribus: vt femori Jouis insutū
 dicerent: aut materia ingessit: aut error. Oras tenēt ab indo ad gan/
 gem Salibotri. a gange ad solida Nisij vbi magis q; vbi habitet /
 exestuat. atre gentes. et quodāmodo ethiopes. Ab iolide ad eudnz
 recta sunt littora: timidiq; populi et marinis opib⁹ apbatim vites.
 Tamos p̄mōto:riū ē: qđ Taur⁹atollit collis alteri⁹ partis angulus

initiumq; lateris ad meridiem versi. Ganges & Indus amnes. il-
le multis fontib⁹ in beino medię mōte cōceptus: simul vnū alucū
facit: fit omniū maxim⁹ & alicubi latius. quando angustissime fluit
decē milia passuū patens. in septē ora dispergit. Indus ex monte
caroparnasso exortus: & alia quidē flumina admittit: Sed clarissi-
ma copen. agalinū. bydaspen: conceptaq; pluribus alucis vndam
lato spacio trahit. hinc pene gangē magnitudie exequat. Post vbi
aliquot sepe magnis flexibus cingit iugū ingens: iterū rectus soli-
dusq; descendit: donec ad leuā dextramq; se diducēs duob⁹ ostijs
longe distantibus exeat. Ad Taniū insula est chryse. ad gangem
argyre. altera aurei soli (ita veteres tradidere) altera argentei. atq;
ita: vt maxime videt: aut ex re nomē. aut ex vocabulo fabula ē. Ta-
probane aut grandis admodū insula: aut prima pars orbis alteri⁹:
byparchus: dicit: sed quia habitat nec quisq; circū eā esse traditur:
prope vix est. Contra inde illa ostia sūt: que vocant solis adeo in-
habitabilia: vt ingressos vis circūfusi aeris exanimet cōfesti: & in-
ter ipsa ostia rara tenet regio ob estus intolerabiles alicubi cultorib⁹
egens. Inde ad principia rubri maris pertinet ipsa inuia: atq; de-
serta. humus cineri magis fit q̄ pulueri similis. Ideoq; p̄ eā rara
& non grandia flumina emanant: quoꝝ Tuberonē & Arusacē no-
tissima accepimus. Rubrum mare gręci siue quia eius coloris ē. si-
ue q̄ ibi Erythras regnavit: Erythram thalassam appellant procel-
losum: asperum: mare profundū & magnoꝝ animalū magis q̄ ce-
tera capax/ primo recedentis oras equaliter impellit. Et vt nō in-
tret interius aliquantū patens sinus erat: Sed quas ripas inflexe-
rat / bis irrumpit: duosq; iterū sinus aperit persicus vocat / dictis
regionibus propior: arabicus vltior. Persicus qua mare accipit
vtrinq; rectis lateribus grāde ostiū quasi ceruice cōplectit. Dein-
de terris in omnē partē vaste & equa portione cedentib⁹ magno lit-
toꝝ orbe pelagus incingens reddit formā capitis humani. Arabici

⁊ os arctius ⁊ latitudo minor est. maior aliquanto recessus ⁊ mul-
 to magis longa latera in it penitus: Intro: susq; dū egyptum pene-
 ⁊ montē arabie Casium attingit: quodā fastigio minus / ac minus
 latus: Et quo magis penetrat angustior. Ab ijs que dixim⁹: ad si-
 num persicū: nisi vbi chelonophagi morant⁹: deserta sunt. In ipso
 Larmanij nauigantiū dextera positi sine veste ac fruge. sine pecore
 ac sedibus. pisciū cute se velāt. carne vescunt⁹. præter capita toto cor-
 pore hirsuti. Interiora Ledrosi. dehinc Perse habitāt. Setis p car-
 manios. supra sandis ⁊ coros effluunt. In parte que pelagi ostio
 aduersa est / babilonioꝝ fines chaldeozq; sūt. ⁊ duo clari amnes.
 Tigris perfidi propior. vltior Euphrates. Tigris vt natus ē ita
 descēdēs vsq; ad littora permeat. Euphrates imani ore apto non
 exit tantū vnde ori⁹: sed ⁊ vaste quoq; decidit: nec secat continuo
 agros late diffusus in stagna diu sedentibus aquis piger ⁊ sine al-
 ueo patulis. post vbi marginē rupit: vere fluuius: acceptisq; ripis
 celer ⁊ frenēs p armenios ⁊ cappadocas occidentē petit: ni taurus
 obstat in nostra maria venturus. Inde ad meridiē auertit⁹: ⁊ p̄muꝝ
 syros: tum arabas ingressus / nō perdurat in pelagus: verum igens
 modo ⁊ nauigabilis. inde tenuis riuus despectus emouit⁹: ⁊ nullq;
 manifesto exitu effluit: vt alij amnes: sed deficit. alterū latus ambit
 plaga: que inter vtrūq; pelag⁹ excurrit arabia dicit⁹: cognomē eude-
 mon / angusta vey cinnami ⁊ thuris alioꝝq; odoꝝ maxime ferax.
 Maiorē sabgi tenēt partē ostio pximā ⁊ carmanijs p̄riam magne
 frontē: que inter ostia ostēdit syluē cautesq; exasperāt. aliquot sūt
 in medio insule site. Ogyris q; in ea Erythre regis monumētū est
 magis clara: q̄ ceterę. alteꝝ signum vndiq; arabes incingūt ab ea
 parte: que introcuntib⁹ dextra est. Urbes sūt Lara ⁊ arabia ⁊ gada-
 mus. In altera ab intimo angulo p̄na beronice inē hieropoliticuz:
 ⁊ scrobilū. Deinde inter promōtoria moronenon: ⁊ collaca philo-
 petris: ⁊ phiomalis vltra arsinoc / ⁊ alia beronice. Tum sylua que

bebenū odorēsq; generat: z manufactus annis. ideoq; referendus
q; ex nili alueo diorige adductus extra sinū verū iuflexu tamē z nō
rubi maris pars bestijs infesta: ideoq; deserta ē. Partem panchei
habitāt hi quos ex facto: quia serpentibus vescunt: ophiophagos
vocāt. Suere interius Pygmei minutū genus: z q; pro satis fru/
gibus contra grues dimicando defecit: sunt multa volucrum. mul/
ta serpentū genera: De serpentib; memorādi maxime: quos par/
uos admodū z veneni presentis certo anni tempore ex limo con/
cretaz paludiū emergere in magno examine volantes egyptū ten/
dere: atq; in ipso introitu finitū ab auib; quas ibidas appellāt: ad/
uerso agmine excipi pugnasq; confici traditum ē. De volucris
precipue referenda phoenix semp vnica. nō eni coitu concipit par/
tūve generat: sed vbi quingentorum annoz quo perpetua durauit
sup exaggeratā varijs odoribus struem sibi ipsa incubat: soluitur/
q;: deinde putrescentiū membroz tabe concretes ipsa se concipit
atq; ex se rursus renascit. cū adoleuit ossa pristini corporis inclusa
myrrha egyptū exportat: atq; in vrbē: quā solis appellāt: fragranti
bus nardo bustis inferens memorando funere consecrat. Ipsum
promontoriū: quo id mare claudit a ceramis saltibus: innium est
Aethiopes vltra sedent. D Jeroeni habēt terrā quā Nilus pmo am/
bitu amplexus insulā facit. pars quia vite spaciuz dimidio fere: q;
nos longius agunt/macrobij: pars quia ex egypto aduenere dicti
Automole. pulchri forma z qui corporis parūq; veneratiores ve/
luti optimarū alij virtutū. In illis mos ē cui potissimū pareāt spe/
cie ac viribus legere. Apud hos plus auri: q; persis ē. ideo qd mi/
nus est: preciosius censent. ere exornant. auro vincula fontium fa/
bricāt. Est loc; apparatus epulis semp refertus. z q;: vt libet vesci
volentibus licet: beliu trapezam appellāt. z que passim apposita
sunt: affirmant innasci subinde diuinitus. Est lac; quo perfusa cor/
pora quasi vincta pernitent: bibitur idē. adeo ē liquidus z ad susti/
nēda que incidūt aut imittunt: infirmit;: aut folia etiā pximis de/

cisa frondibus: non innatantia ferat: sed passim & penitus accipi /
 at. Sūt & squissime fere omni colore varij lycæones: & quales acce /
 pinus spingas. Sūt mire aues comute. Tragapomenes equinis /
 auribus & Pegasi. Leterū oras ad Eurum sequentibus nihil me /
 morabile occurrit. Vasta omnia vastis præcisa montib⁹. ripe potius /
 sunt: q̄ littora. Inde ingens & sine cultorib⁹ dubiū aliquandiu fu /
 it/ esset ne vltra pelagus. caperet ne terra circuitū: an exhausta fru /
 ctu sine fine africa se extenderet. verū & si Hanno cartaginēsis ex /
 ploratū missus a suis: cū per oceani ostia exisset: magnā partē eius /
 circūuectus: nō se mari sed comiteatu defecisse memoratu rettule /
 rat. Et Eudoxus quidā auorum nostrorū temporibus cū Lachanū /
 regē Alexandriæ profugeret: arabico sinu egressus per hoc pelag⁹ /
 vt nepos affirmat: gades vsq; peruectus ē. Ideo eius ore nota sūt /
 aliqua. Sunt aut̄ trās ea que modo deserta diximus muti populū /
 & quibus p̄ eloquio nutus ē. alij sine sono lingue. alij sine linguis /
 alij labris et̄a cohercentibus: nisi q̄ sub naribus etiā fistula est: per /
 quā bibere auent. Sed cum incessit libido vescendi/ grana singula /
 frugū passim nascentiū absorbere dicunt̄. Sunt quibus ante aduen /
 tum. Eudoxi adeo ignotus ignis fuit adeoq; vsus mirū in modū /
 placuit: vt amplecti etiā flammās & ardētia sinu abdere: donec no /
 ceret: maxime libuerit. Sup̄ eos grandis littoris flexus grandem /
 insulā includit: i qua tantū foeminas esse narrant toto corpore hirs /
 utas & sine coitu mariū sua sponte fecundas adeo asperis efferis /
 q; moribus: vt quedā cōtineri ne reluctentur vix vinculis possint. /
 hoc Hanno retulit. & q; detracta occisis coria pertulerat: fides habi /
 ta est. Vltra hūc sinū mons altus (vt greci vocant) theon perpe /
 tuis ignibus flagrat. vltra montē vires collis longo tractu longis /
 littoribus obductus: vnde visunt̄ patentes magis capi: q̄ vt pro /
 spici possint. Panum Satyrorūq; hinc opinio causę fidem cepit: /
 q̄ cum in his nihil culti sit. nullę habitantium sedes. nulla vesti /
 gia solitudo in diem vasta. & silentium vastius / nocte crebri ignes

micant: & veluti castra late iacentia ostendunt. crepant cymbala et
tympana: audiunturque tibię sonantes manus humanis. Tunc rur/
sus ethiopes: nec iam dices: quos diximus: nec ita corporibus si/
miles: sed minores incultique sunt: & nomine hesperio. In horum fi/
nibus fons est: quem nili esse aliqua credibile est. nuchul ab inco/
lis dicitur, & videri potest non alio nomine appellari: sed a barba/
ro ore corruptius: alter purum, & minora quidem: eiusdem tamen gene/
ris animalia alijs omnibus in oceanum vergentibus solus in me/
diam regionem ad orientem abit: & quo nam exeat incertum est. Inde
colligitur nihil hoc fonte conceptum: actumque aliquandiu per inuia et
ideo ignotum. iteque se vbi ad ea possit/ostendere. Ceterum spacio quo
absconditur efficit: ut hic alio cedere: ille aliunde videatur exurgere:
Latoblepas non gradis fera / verum grande & pergrande caput egre
sustinens: atque ob id in terram plurimum ore conuersa / apud hos gi/
gnit: ob vim singularem magis etiam referenda: quam cum impetu mor/
tuque nihil unquam sequat: oculos eius vidisse mortifera. Contra eosdem
sunt insule dorcades domus: ut aiunt: aliquando Borgonum. Ipse
terre promontorio: cui hesperuceras nomen est / finiuntur. Inde
incipit frons illa que in occidentem vergens mari atlantico abluatur.
Prima eius ethiopes tenent media nulli. nam aut exusta sunt. aut
harenis obducta. aut infesta serpentibus. Exustis insule apposite
sunt: quas hesperidas tenuisse memorat. In harenis mons est sa/
tis de se consurgens: verum incisus undique rupibus preceps inuisus &
quo magis surgit / exilio: qui quam altius quam conspici potest usque in nu/
bila erigitur: celum & sidera non tangere modo vertice sed sustinere
quoque dictus est. Contra fortunatę insule abundantę sua sponte ge/
nitę & subinde alijs super alijs innascentibus nihil sollicitos alunt
beatius quam alię vrbes exultę. vna singulari duorum fontium ingenio
maxime insignis: alterum qui gustare risu soluuntur in mortem
ita affectis remedium est ex altero bibere. Ab eo tractu quem serę in/
festant proximi sunt Synaptodes inhi exilentis truribus quos ser /

pere magis q̄z ingredi referunt. Deinde P̄barusi aliquando tēn/
 dente ad hesperidas hercule bites: nūc incolti: z nisi q̄ pecore alun/
 tur/ admodū inopes. Hinc iam letiores agri amoemiqz saltus: te/
 rote. berini eboze abundant. Nigritarū getulorūqz passim vagan/
 tium ne littoza quidem infecunda sunt purpura. z murice efficacis/
 sumis ad tingendū: z vbiqz que tinxere clarissima. Reliqua est ora
 Mauritanię exterior: z in finē sui fastigiantis se africe nouissimus
 angulus isdem opibus: sed minus diues. Ceterū solo etiā ditioz
 z adeo fertilis ē: vt frugū genera nō cū serant modo benignissime
 procreet: sed quedā profundat etiā nota. Hic Anteus regnasse dici/
 tur: z signū quod fabule clarum profusus ostendit collis modicus
 resupini hominis imagine iacentis illi⁹ (vt incolę ferūt) tumulus
 vnde vbi aliqua pars eruta est: solent imbres spargi: z donec effos/
 sa repleantur: eueniunt. hominū pars syluas frequentant minus
 q̄z quos modo diximus vagi Pars in vrbibus habitant: quaz vt
 inter paruas opulentissime habentur procul a mari gildano. dul/
 britania. proprius autē Sala z Lixio flumini lunio proxima. Ultra
 est colonia: z fluuius gna. z vnde initiū fecimus ampelusia in no/
 strum iam fretum vergens promontorium operis huius atqz at/
 lantici littozis terminus. Pomponij Melle de orbis situ. Si/
 nis p̄faustus

Pisciani cesariensis Interpretatio
ex Dionysio de orbis Situ.



Nature genitor: que mundum conti-
net omnem
Annue rex celi positū telluris ⁊ vn/
In quas imperium: mortalib⁹ ipse
dedisti
Vlteriq; tante me promere carni/
ne digno
Incipiēs terre tractus pontiq; me/
atus
Et fluuios canere atq; vbes popu/
losq; per orbem

Discretos: late refluam memorare parabo
Oceanum: tellus quo cingitur equore tota
Insula. cu sese diffundens littoze vasto
Non tamen assiduo. teres vndiq; margine circum
Clauditur hec bifido: sed brachia littoze pandens
Arctatur rapidos cursus ad solis vtrinq;
Assimilis funde sed quāuis corpore toto
Una sit hec homines tris dicunt esse diremptas.
Et primam lybien. post europen: asiamq;
Sed lybiam europę discernit finibus amplis
Linea: quā obliquant gades atq; ostia nili.
Qua boreę excurrit memphitis terra sub axes
Atq; locum nouit spartano famo canopo
Sed terras aquilo qua frigore damnat iniquo
Europen asię tanais disiungit ab oris
Sauromatas linquens: scythiam qui gurgite vasto
Pręstringit. pręcepsoq; ruit meotida poscens

At medius finis iam iam decliuus ad austrum est
 Quas belle ponti fauces dixere priores
 Sed magis australis sunt terminus ostia nili
 Per mare sic fluuioſq; patens discernitur o:bis.
 At alij terris malunt discernere terras
 Sinibus est aſie latus arctum lingua ſuperis
 Caſpia quam mediam faciunt: atq; equore ponti
 Euxini locus hic discrimen dicitur eſſe
 Europe atq; aſie diſiungens ruribus arua:
 At alius finis longiſſimus exit in auctros
 Qui ſecat egypti terras equoq; ſabeum.
 Separat hic lybien aſie confinia rumpens:
 Talia mortales perhibent discrimina terre.
 Circuit oceanus gurges tamen vndiq; vaſtus:
 Qui quauis vnus ſit plurima nomina ſumit
 Sinibus heſperijſ atlanticus ille vocatur.
 At boree qua gens ferens arinaſpa ſub armis
 Dicitur ille piger nec non ſaturnius idem
 Vortuus eſt alijs: minimo quod lumine ſolis
 Perfruitur: tarde radios nam ſuſcipit ortus
 Nubibus ⁊ craſſis premitur: nimbisq; grauatur.
 Vnde tamen primo conſcendit lumine titan
 Eoumq; vocant: atq; indum nomine pontum
 Sed qua deuexus calidum poſus excipit austrum
 Aethiopiunq; ſimul pelagus rubrumq; vocatur
 Qua deſerta patet tellus ardore peruſta.
 Circuit oceanus ſic totum maximus orbem
 Nominibus varijs celebratus: ⁊ equore tanto
 hinc atq; inde ſinus penetrabilis efficit ille
 Exiguos multos dirimens mare quattuor amplos
 Perſecat heſperiam primus qui porzigitur vndis:

Dampbylumq; latus libye pretendit ab oris
Sic minor est reliquis. maior quem caspia tellus.
hucipit intrantem vastis aquilonis ab vndis
Nomine saturni quod tethys possidet equor
Caspus iste sinus simul byrcanusq; vocatur.
Et duo qui veniunt australis ab equore ponti:
hic supra currens mare persicus efficit altum!
Eregione situs: qua caspia voluitur vnda.
Fluctuat ast alter panchea quia littoza pulsat
Euxini contra pelagus protentus in austros
hosce sinus perhibens: quos tethyos efficit vnda
Vt maiores nam sunt alij multiq; minores.

Nunc maris hesperij lustrabo carmine rectus
Flexibus in varijs quo frangitur equore pontus
Astringens pelago terras circumfluus illis
Vt fontibus et radens: suppositas vrbibus oras.
Adsis o numen studioz presul et artis

Ordine principium capiens atlantis ab vnda
herculeo celebrant quam mete munere gades.
Eliserasq; tenet stans atlas monte columnas
Est primus vastis qui pontus hibericus vndis
Diuidit europen libya comunis vtriq;
hinc atq; hinc statuę sunt: ambe littoza cernunt
hec libyes hec europes aduersa tuendo.
Sallicus hunc gurges: qui celtica littoza pulsat
Excipiri: hunc sequitur ligurum cognomine dictus
Qua domini rerum terris crevere latinis.
Ad petram leucen aquilonis ab axe reductus
Que freta sicame concludit littoze curuo
Insula sed cyrnos proprijs pulsatur ab vndis:
Intra sardonium pelagus celtumq; refusis.

Inde salis tumidus tyrrheni voluitur estus
 Ad partes vergens australes excipit istum
 Sicanię gurgēs solis deflexus ad ortus:
 Qui procal effusus pachynis tenditur oris
 Ad creten summam: que prominēt equore rupem:
 Qua gortyna potens medijs qua phestos in aruis
 Arietis hanc rupem simulantem vertice frontem
 Pro merito graij criu dixere metopon:
 hoc mare gargani concludit iapygis ora:
 Illinc incipiens extenditur adria vastus:
 Ad boream penetrans pelago solemq; cadentem
 Ionius pariter sinus hic perhibetur ab orbe.
 Diuidit 2 geminas diuersis partibus oras:
 Quas tamen extremas cōiungit terminus vnus
 Ad dextram partē protenditur illyris alma:
 Post hanc dalmatię populorum martia tellus
 Ad leuam ausonię poriectus continet isthmus
 Quem tria circūdant maria vndiq; littoze curus
 Tyrrhenum siculum necnon simul adria vastus
 Sinibus at proprijs exceptant singula ventos
 Tyrrhenum zephyro: siculum sed tunditur austro:
 Adria succurrens coo frangitur euro.
 At post sicaniā tractu diffunditur alto
 Ad syrtim pelagus libycis que cingitur oris:
 Maiorem postquam minor excipit: equora longe
 Atq; siuu gemino resonantia littoza pulsant
 Sinibus a siculis cretęum tenditur equor:
 Ad solis veniens ortus salmonida poscens
 Dicitur eous qui cretę terminus esse:
 Post hanc est geminū mare vastum fluctibus attris
 Fluctibus bismarici boreę quod tunditur attris.

Quod ruit aduersus celsę de partibus arcti
Quod prius est pbariū perhibent: hoc littora tãgit
Precipitis casu montis: post vnda secunda
Sidonium ẽ pelagus: penetrat qua gurgite pontus
Istius arctoas ad partes equore vergens.
Non longe rectus: cilicum nam frangitur oris.
hinc zephyros poscens veluti draco flectitur vndis
Quod iuga montivagus vastat: silvasq; fatigat:
Partibus extremis pamphilia clauditur isto:
Atq; chelidonię rupes cinguntur eodem
At procul hunc zephyrus finit patareide summa.
Post hec arctoas ad partes aspice rursus
Aegcum superat qui fluctibus equora cuncta:
Disperfas vasto qui gurgite cycladas ambit
Terminat hunc imibros pariter tenedosq; coercens:
Angusta trahitur que fauce propontidis vnda
Asia: quam supra populis distenditur amplis
Ad notiam partem: qua latus ducitur isthmus:
Threicius sequitur post bosphorus ostia ponti:
hoc nullum perhibent terras angustius orbis
Esse fretum dirimens. hic sunt symplegades arctę:
Panditur hic ponti pelagus titanis ad ortus
Quod petit obliquo boream solemq; meatu
hinc atq; hinc medio percurrunt equore colles:
Unus qui veniens asię de parte carambis
Dicitur australi: sed contra finibus alter
Prominet europę hunc criu dixere metopen:
Ergo conveniunt aduersi gurgite tanto
Distantes quantum ternis transire diebus
Enaleat nauis: bimarem sic equore pontum
Aspicias similem cornu quod flectitur arcus

Nervo curuati distento dextera neruum
 Assimilar: recto trahitur nam linea ductu
 Extra quam boream quo scandit sola carambis
 Sed formam cornu geminatis flexibus edit
 Littus: quod pontum cingit sub parte sinistra
 In quam meotis penetrans aquilonis ad axes
 Quam scythie gentes circundant vndiq; ripis
 Et matrem ponti perbibent meoridis vndam.
 Scilicet hic ponti vis exit gurgite multo
 Limmerium torrens per bosphoron hic vbi taurum
 Limmerij gelidis habitant sub finibus vnum
 Hec maris est species splendens hec forma pfundi.



Hinc tibi telluris regiones carmine pandam:
 Ut cernas animo non visas lumine terras
 Atq; docens alios lauderis pectore docto.
 Incipiens libye tenusq; a tetbyos vndis
 Oceanus tyrias qui pulsat gurgite gadiis
 Tenditur ad notias partes z solis ad ortus:
 Et messis formam reddit mensoribus arcis
 Quam tradunt terre non equa margine cinctam.
 Terminat hec fines rubri prope littora ponti
 Latos ethiopum populos: quos possidet alter
 Quem calidis iuxta terris pascuntur erembi
 Hos pelli similes pardi dixere priores
 Namq; solum squallens vrbes distinguit opacas
 hac sitis hac humor latos variatur in agros
 Sed sumam libyen habitant ad tetbyos vndas
 Alcide qua sunt statue maurusia plebes.
 Post hos immense nomandum de semine gentes
 Atq; masefylj necnon masylia proles:

Saltibus hos turis asper siluisq; vagantes
Victis alit seua que sitis cede ferarum.
Scilicet ignaros terras proscindere aratris
Agricolasq; boues plaustris domitare sonoris:
Nanq; errat nemorum per dumos more ferarū.
Quos prope tenduntur fines cartbaginis alte
Perpetuas tyrtis celebrat que condita laudes
Qua regnans foelix vido per secula viuit:
Atq; pudicitiam non perdit carmine ficto
hanc minor insequitur syrtis maiorq; secunda
Qua tumor imensus tyrrheni pellitur estus:
Accersuq; furit siccisq; receptus arenis
Ast inter syrtis vrbs est quam nomine dicunt
Esse neapolin: hanc supra instissima fertur
hospicijs gaudens gens degere lotophagorum
hos licet ad fines desertas cernere terras
Extinctis populus nasamonum Marte latino:
Asbyste post hos terrarum rura tenentes
In medio summis libycis et gentibus hāmon:
Necnō cyrene clarorum mater equorum
Vrbis amydeę propter quā condidit olim.
Marmaride: post hos egyptia flumina vertunt
Sctuliq; supersunt viciniq; nigrentes:
Continuo post hos sequitur phaurusia tellus:
hanc habitant iuxta garamantes debite clar
Que superat cunctas vrbs miro munere fontis:
Frigore qui noctis feruet calefactus et vmbis
At solis friget radijs glacialis et igni
Omnibus extrema populis clauduntur in ora
Aethiopes: libyes vbi finit littoze cerne
Oceanum nimio que pulsar sole calentē.

Nec longe feruent blemiorum collibus agri
 Hinc fluij pinguis descendunt flumina nili
 Partibus a libycis: qui currens solis ad ortus
 Siris ab ethiopum populis cognomine fertur:
 Versum cultores nilum dixere syenes:
 Hinc currens nilus ad partes flumine pingui
 Fertilis egypti terras foecundat opimas:
 Septeno ferit pellem gurgite pontum:
 Non alius tantum fluiorum ditat arenas:
 Atq; trabens limū complectitur vberē campos:
 hic latis libyen asie determinat oris:
 hec ortus cernit: videt austros illa calentes.
 hunc habitant iuxta sapientū corda viroꝝum
 Disposuere vias qui vite mente potenti:
 Et primi dederant sulcos & semina terris:
 Obliquos solis tractantes pectora cursus:
 horum telluris fines nunc carmine dicam
 Et formā celebrat quam gloria magna per orbem:
 hec igitur latis diffusa patefcit in aruis
 Fertilis & superans alias pinguedine glebe:
 Marginibus laterum formatur at vndiq; ternis
 Lata quidem boree sub littoꝝe tenditur oris:
 Ast ortus angusta petit: summāq; syenem:
 Quam celsi media montes vtrinq; coercent:
 Irrigui per quā descendunt flumina nili
 hanc habitant homines multi pariterq; opulenti
 Qui veteris dareq; colunt sub moenia thebes
 Quam perhibent centū portas habuisse priores.
 Silius auroꝝe memnon qua regna tenebat.
 hic sunt & septem medijs in finibus vrbes:

Quas celebrat totum discurrens fama per orbem:
Et quicumq; maris viuunt prope littoza vasta.
Qua lacus est ingens liquide serbonidis vnde:
Ad cuius zephyrum macetum sunt moenia regis.
Et pharos in idothees scopuli pallenidis alti.
Post vrbs sub casio pellusi vergit ad ortus.
Nauigijs populus duris quã possidet aptus
Non tamen est libyes ponendus finibus iste:
Scilicet eoas nili qui continet oras:
Nili quem circa floret mirabilis arbor:
Extinguit que sitim pomo: cui nomen ad ipsos:
hec facies libyes: hic claudit terminus illam:
Sunt tamẽ hic alię gentes: que littoze summo
Tethyos aut medijs habitant telluris in aruis
Et gratas circum ripas tritonidis vnde:
hic lapis belior ropius: qui nomine vero
Dicitur: conuertit radios nam solis in vnda:
Si quis eum fusa labris immergat aenis
Sanguineiq; rubens resplendet luce coloris
Purio: at soli renitet nudatus ab vndis:



Si placet europes quoq; me nunc dicere formam
haud taceam. similis libye est sed vergit ad arcros
Sinibus z pariter dissentis pergit ad ortus
Linea nanq; asię similis disiungit vtranq;
hec notias spectat: partes aquilonis at illa:

Est ambas vnã si terras esse putenius
Assimulent conum laterum compagibus equis:
Cuius ad occasus est summum: lata sub ortu.
Sic europa tibi facili dignoscitur arte.
Ad cuius summum prope metas herculis alti
Magnanime gentes dederat quis nomen hiberus

Ad spacium multū terrarum rura colentes
 Oceanum boreo contingunt frigore durū
 Scrutaturq; decus pulchrum sapientibus auris
 Quos tñ band maculat presens: nec veijcit absens
 Qua sunt germani bellaces: atq; britanni
 Saltibus bereynis germania subiacet atrox.
 Hec tergo similis taurino dicitur esse:
 Epascit volucres mirum fulgentibus alis:
 Quis tucibus noctu cernuntur flexa viarum:
 Pyrrhenes sequitur mons: post hūc ē celtica tellus
 Eridani fontis contingens rauca fluenta.
 Hic phacrhonta suum carę luxere sorores
 Hic electra legunt alnis stillantia celtę
 Sucina que memorant mellis viniue colore.
 Que paleas rapiunt tractu: frondesq; caducas:
 Post hos tyrrheni: quos iuxta solis ab ortu
 Incipiunt alpes: quibus exit gurgite vasto
 Oceani rumpens glacialis littora rhenus.
 Hunc prope consurgit fons istri flumine longo
 Qui poscens ortus: euxini peruenit in vndas
 Irriguam peucea amplexus gurgite quino
 Lius in arctos est partes barbara tellus
 Innumeras gentes gremio cōplexa reducto:
 Lui finem faciunt meotidis ostia vastę.
 Hinc sunt germaniq; truces 7 sarmata bellax
 Atq; getę: necnō bastarne semina gentis.
 Dacorumq; manus 7 martia pectora alani
 Atq; dromon tauri retinentes fortis achilli.
 Angustum 7 longum meotidis ostia iuxta.
 Hos equites supra celeres funduntur agani:
 Atq; melanchenum populus metuendus in arcu

Post hippemologi sunt. hippopodesq; potentes:
 Atq; gelonus cum neuris. pictiq; agathyrsi:
 Hic vbi descendit ponecta bozysthenis vnda
 Euxinumq; subit criu prope tracta metopon
 E regione iacet locus hic symplegados arce
 hic sunt aldesti quoq; panticapiq; fluenta
 Diuidui currunt ripheis montibus ambo
 Immiscent qua se ponti glacialibus vndis.
 Nascitur electrum p̄fluens luce nitenti
 Mensē solet p̄mo qualis splendere luna
 Hos adamanta legunt iuxta fortes agathyrsi.
 Tot dirimit gentes aquilonis partibus ister.
 huius ad australes terras gerreq; feroces
 Noxiciq; colunt bellaces pannomiq;
 Et mysibracum bozeis in sinibus orti:
 In quorum terris quas ponti perfluit vnda
 Ignipotens oleo cōmixto gignitur herba
 Medica cui nomen cuius compescere flammās
 Si quis aqua capiat. plus ignem pascit in illa.
 Pulveris hunc iactus potis est extinguere solus:
 Thraces arant post hos latissima rura tenentes
 Quę torrens stringit finitq; propontidis vnda:
 Atq; bellesponti fauces egeus: et altus
 Nascitur hic scopulus pallene gemma refulgens
 Asterium perhibent: stellis certare putatur:
 Et flamme similis splendenti lumine lychnis.
 hic ripas istri ponectas vndiq; stringunt.



HUROP̄ reliquas hunc partis aspice ternas
 Phoebeos vergens: quibus eminet illa sub ortus:
 Prima est hispanū: quę frangit littora pontum
 Altera tyrrhenum quę pulsat molibus equos

Tertia que graios circū sua gurgite pascit:
 Sed tamen oceanum contingit hiberica tellus:
 Occiduum calpe: qua summam sustinet vnā
 herculis e statuis: quam supra diues et alta
 Tartessus templiq; sedent qui collibus imis
 Pyrrhenes: celum qui tangit vertice summo:
 Ast ambas intra tellus iacet ansonidarum
 Limite quam recto mediam secat apenninus
 Qui mons incipiens boreis ex alpius altus
 In freta sicanię ponctas terminat oras:
 Hunc vrbes circū populi gentesq; frequentant
 Quos breuiter retegam nostro tibi carmine cūctos:
 Tyrrheni primum fortes: iuxtaq; pelasgi
 Eyllentes quondā propria qui sede relicta
 Tyrrhenis socias petierunt nauibus arces.
 Hos prope sunt omni superantes lande latini:
 Quorum per terram discurret in equore thybris
 Regius irriguo dirimit qui gurgite romam
 Romā que genitrix regnū dominatur in orbem:
 Post hos pingue solū sequitur campania diues
 Hic tibi parthenopes domus est castissima frugum
 Fertilis. hanc pontus proprijs exceperat vndis
 Ad noton est longe supra sirenida rupem
 Dicentis silari gurges spectabile flumen:
 Hunc habitant prope lucani brutiq; coloni
 Ad leucapetram longissima rura tenentes.
 Hinc est ad boream zephyri que summa vocatur:
 Sub qua sunt locri celeres. qui tempore pisce
 Istuc reginam propriam venire secuti
 Ausoniamq; tenent: qua currit flumen balecis:
 Ut Joenia cernuntur metaponti: deinde crotonq;

Quam pulcher gratam præterfluit æsar us urbem.
Ulterius pergens hinc templa lacinia cernens:
Post hæc est sybaris: periit quæ numinis ira
Præponens hominum tumulos celestibus aris.
Postere qui præcis ausi certamina soli
Samnitis medio complectitur itala tellus
In gremio. marsosq; simul: tunc deinde tarentum
Tangitur equoribus: quod munuere lacones.
Continuo calabræ telluris rura sequuntur
Usq; hircij summâ. sed tendit iapygis ora:
Qua salis adriaci trahitur vastissimus æstus:
Atq; sinû penetrans aquileiunt colligit undas.
Alta tegestron postremæ moenia terre
Qua sinus ionius finitur gurgite lasso.
Hi sunt ansoniæ populi gentesq; potentes:
Flexilis hinc pontus conuertens vergit ad ortus
Atq; liburnoꝝ terras byllisq; feroces
Bulimeon pariter præstringens littora currit:
Et venit illyrias late ponectus ad arces.
Quas tollunt montes excelsa cacumina summas.
Cernitur hic tumulus qui cadmi dicitur esse
hermioneq; simul. nanq; hic serpentibus illi
Corpora post tempus longû nutasse feruntur
In senio: postq; patriam thebasq; relinquunt
hinc illos aliud posuerunt numina monstrum
Nanq; duo tumuli concurrunt peste futura
Significat quotiens sequissima damna colonis
hæc regio fontem mirandæ concipit undæ
Quæ merito veteres dixerunt nomine sacrum:
Nam gelidus superat cunctarû frigus aquarum:
Accensasq; faces si quis prope duxerit undam

Extinguit flammās: recipit sed rursus easdem
 Admoueat dextra cū extinctam lampada fonti.
 Sed supra tracen: necnon epiros ad austros
 Principium terre doctissima grecia sumit
 Ascendens multū. geminoq; sub equore cincta
 Aegeo siculoq; mouent qua flamine venti
 Diuerso: siculū zephyrus tenet: curus ad altum
 Aegeum: sequitur pelopis post insula lata
 Consimilis folio platani: quod muris acuta
 Aequiparat caudam: cuius iacet isthmus imago
 Hellados ad boream sibi met confinia iungens:
 Latior at tellus folium seu flexile circum
 Lingitur equoribus zephyrum tryphylidis arua
 Excipiunt: per quā descendit flumine pulchro.
 Alpheus: qui messeni discinditur undis
 Eurote: terris ambo nascuntur aescis.
 hic tamen eleos: z diuidit ille laconas,
 hic medijs habitant late telluris in aruis
 Arcades apidanei sub scopulos erymanthin
 Qua melas atq; crathis flumij qua currit iaon
 Tenditur atq; vetus: qua longo gurgite ladon:
 hic merulos perhibent albos mirabile dictu:
 hic nasci linum: qui tacto accensus ab igni
 Extingui nequitur quem graii nomine vero
 Albestum memorant. ferri nitet ille color.
 Juxta est argium tellus pariterq; laconum
 Ortus argini vergunt: laconas ad austros.
 Aequoribus genuinis isthmus pulsatur vtrinq;
 hoc ephyren contra est zephyrus: sed verberat illud
 Euris in imensum que mergitur vnda profundum
 Nomine quam danai dixere sacronida pisco.

Attica sed tellus post isthmon solis ad ortum est.
Hinc orythyam boreas rapuisse puellā
Traditur. hic illifos: aquis deuoluitur amnis
Boetum sequitur finis qua dicitur vnda
Esse potestatis diuersę: nanq; duobus
Fluminibus vertit veruecum lana colorem:
Hoc fuscatur niueas: hoc albat gurgite nigras.
Locridis inde solū sequitur regionis: et ora
Tessalis et tellus macetum cū moenibus altis
Sub cuius scopulus tangentes vertice coelū
Speluncę veteris seruant insignia cladis:
Sinibus in medijs terrarum nanq; videntur
Ostrea muricibus siccata latentibus esse:
Diluuīū latebras dederat quod piscibus illas:
Concipit et parit hic nature munere gemmas:
Quam pęnitent perhibent pregnantibus ista
Auxilium confert facilis releuamine partus:
Lernitur hinc niueas attollens vertice rupes
Æmus threicius: quę contra tenditur agris
Ad zephyrum regio dodones lata feracis
Ad cuius notias partes sub rupe aracynti
Ætolię gentes sunt belli laude potentes
Lampi quos medios acheloia persecat vnda:
Et mare trinacrium perumpit echinadas intra
Regna cephalenę prope sunt sapientis vlyxi
Iste galactiten ripis ostendit in altis
Uberibus prodest: necnon infantibus idem:
Et si quis terat hunc albescit lacte liquescens
hunc fluuium iuxta preclaros solis ad ortus
Phocis ad arctos ventos extenditur ingens
Donec contingat calida ostia thermopylarum

Subiuga parnassi cephalos gurgite magno
Quam mediam dirimit descendens marmure vasto
Qua templum phoebi memorabile delphica sedes.



Nunc magno nobis sunt insule ore canende
Quas homines toto dispersas equore cernunt
Est igitur ponto tellus circumflua prima
Cui nomen gladis: statuas hec herculis inter
A tyrijs colitur continua vocata vetustis.

Continuoq; iacent gymnasię: has balceas
Romani memorant: hinc frangitur equore busos
Sardonie postq; pelago circumflua tellus
Fontibus e liquidis prebet miracula mundo:
Quot sanant egros: pandunt dānantq; nefando
Periuos furto: quos tacto flumine egant.
Postq; non longe cernuntur littora cyrni:
Lorsida quā pariter geminato nomine dicunt:
Hanc solam perhibent catochiten gignere terram:
Lorporibus lapis hic ceu glutine rectus adberet:
Nulla tamen tellus latissima robora silę
Sic habili generat: dehinc rupes eolidarum:
Quas septem numero perhibet cognomine plotas!
Quippe viam ratibus pelago vānt vndiq; vasto
Trinacrie post hos moles distenditur ampla
Lardinibus ternis: laterum quam terminat actus
Procurrens pachino longe castrisq; pelori
Externensq; rates lylibei cantibus aspris
Eminet ad zephyrum lylibe: pachinusq; sub ortum
Aspicit ausoniam boreęq; pelorus ad axes:
Qua mare vix superant haud equum mille periclis
Angustum rapido quod frangit gurgite saxa.

Traditur hic pelagi disruptas v̄tribus olim
Excepisse fretum terras cogente ruina.
Plurima sunt isthic totum memoranda per orbē.
Dianas fons est: camerina gignitur v̄nda:
Quem si quis manibus non castis hauserit vnquā:
Letifico tristis non miscet pocula baccho.
Hec eadē montē mirandā sustinet etnam:
Vertice qui summo rigida niue temperat ignem:
Nec superant flammę frigus nec frigora flammās:
hic salis acragas miracula possidet vnus
Naturas in quo proprias mutare videtur
Ignis et v̄nda. salem nanq; illum solvere flammę:
V̄nda solet crepitus illis coniuncta mouere.
hic et balesmus fons est mitissimus v̄ndis
Tibia quę extollit cantu saltare putatur
V̄Iusicus et ripis letans excurrere plenis.
Lernitur egregius lapis hic. cui nomen achates:
hoc dederat fluius cuius generatur ad v̄ndas
hanc simulacra vides venis ostendere gemmā.
Aequoris ad siculi: quod vastis funditur v̄ndis
Ad noton est pontus libyę sirtisq; vadosa
V̄Iaior: at v̄lterius si pergas: cerne minorem
Occiduum iuxta quā menix insula fulget.
Et cercina simul libyca statione patentes
Aldria quas penetrat: venias si parte sinistra
Atq; legas calabrum litus: tunc insula magni
Ostendit sese diomedis nomine dicta:
Quo profugus quondam victor concesserat ille
Coniugis incestę per fraudes egialię.
Jonium pergens absyrtidas equor ad ortus
Circuit has olim colchi tenere feroces.

Lassidum frustra medeę furta sequuntur.
 Continuo post hasce liburnidas aspicias altas.
 Ad notias partes: hinc sequa ceraunia nautis.
 Insule ambracię contra cernuntur in alto.
 Et corcyra potens: itabaces atq; aspera tellus
 Et quas oblinat rivis acheloius amnis.
 Flumine torrenti precelsum chalcida linqvens
 Sed multe amnis hyperboree sub parte videntur
 Aegylaq;: inde cythera: calabria dura colonis.
 Ad radios vergit: sed carpathus: hanc prope certe
 Pinguis et vmbrosis extendens collibus idem:
 Ante ortus solis perhibent quam fulgere sole.
 Dignitur hic alimos: quā si quis mordeat herbam:
 Compescit dmanūq; famis rabiemq; diurnam.
 At rhodos egyptum contra tacet insula dives:
 Suniados contra quōq; summū rupis ad ortus.
 Nubila quā nunquā veterunt lumine solis:
 Nam purus care potitur telluris abantias:
 Supra sunt selamis: necnō egyptina: sed ortus
 Larentē cyprium pontus panphylus ambit.
 Post hec sunt ternę citra patareide summa
 Sama chelidonias: celebrat quas nomine terras.
 Nec procul est arados phoenices equore cincta.
 Aegęi vero diversis partibus alti.
 Ad fauces arctas multe sunt insule abydi
 Confines asię dextre: europesq; sinistre.
 Ad boream tamē hec pertendunt ordine longo
 Europes matris contingit abantias oram:
 Et celsam seyrus peparethus sacraq; lemnos.
 Fertilis atq; thasos: simul imbro post corcybantus
 Diœnibus antiquis sanotraccia cernitur alta.

Ast alię partem: que tangunt equore primam
Delon circulant: has dicunt cycladas esse:
Contimbos: parados: ceu stellas aspicias almas
Joniasq; simul: quas inter caunus et alte
Sunt famus atq; cibus celebrato nomine claro.
Æcolice post: et lesbos tenedusq; sequuntur.
Et sinus inde melas helles prorumpit in equos
Panditur hinc pelagus: tumidaq; propóride seruet
Ad boream: saxiq; viget proconesus in illa:
Est etiam leuis euxini partibus vna
Quã leucen perhibent: aduersa borysthenis amnis:
Pascit aues quoniã multas candore niuali.
hic animas perhibent heroum laude potentes
Degere securas virtutis munere pulchro.
Limmerium recta: sed si quis bosphoron ibit.
Lernitur hinc dextra: vaste meotidis vnda:
Insula mole grauis trans alopecca lata
Post quã phenagoren: hermonassamq; nepotes
Egregie quondam coluerunt gentis ionum
Insule hę celebres pelagi sunt nomine claro.
Ast alias refluxum circūdat tetbyos equor:
Quarū demonstrem positū regionis ad oras:
Æthiopes habitant erytheam pectore iusti
Atlantem iuxta longevi finibus olim
Venit hyperboreus que gens post facta perempti
Seryonis: domuit quem virtus herculis ingens.
Sed summã contra sacrum cognomine dicunt
Quam caput europę: sunt stanni pondere plene
hesperides: populus tenuit quas fortis hiberi
Ast alię oceani iuxta boreceridas archas
Sunt gemine rheniq; britannides ostia cernunt.

hic etenim lasso perrumpit tethya cursu.
 Has tamen haud habeat spacio superare per orbem
 Insula perfulget nigro splendore gagates:
 hic lapis ardens austri perfusus aquarū
 Est oleo perdens flammās mirabile visu.
 Attritus rapit hic teneras ceu succina frondes:
 Nec spacio distant nescidum littora longe
 In quibus vxores amnitarum bacchica sacra
 Concelebrant: herede folijs tecteq; corymbis.
 Oceani tranans hic nauibus equoꝝ apertum
 Ad thulen venies: que nocte dieq; relucet
 Titanis radijs cum curru scandit ad axes
 Signiferi boreas succedens lampade partes
 Ad nauem pelago flectenti aquilonis ab oris
 Ad solem calido referentē lumen ab ortu
 Aurea spectet tibi pinguibus insula glebis.
 hinc trepidos prozam conuertens nauis ad austros
 Taprobanam veniet: generat que magna elepbātes
 Per fines asie: iacet hec sub sydere cancri
 Littoribus cuius saliant densissima cete:
 Que pascit vastum mare rubrum montibus equa
 Tenditur horribilis: quorum per terga per annos
 Spina ferens cladem: fatumq; sub ore feroci:
 Quippe solent pariter nauem sorbere virosq;
 Nam mala tam pelagus q̄ terra merentibus offert:
 Ulterius pergas si post carmanida summam
 Ogyris occurrat qua dicitur esse sepulchrum
 Regis erythrei: dederat qui nomine ponto:
 Persicus inde sinus penetratur. z icaron offert
 Insula: que fertur nimium placare dianam.
 Tot sunt ingentes quas cingit tethyos vnda

Infula: ast alię diuersis partibus orbis.
Disperse plures: fama latuere minores
Auris difficiles nautis vel portibus apte
Quarum non facile est mihi promere nomina versu:



St alię fines amborum linea monstrat.
Et formam contra positarum imagine coni.
Panlatin trahitur tamen hec orientis ad oras
Oceanus statuas bacchi qua tangere fertur
Sibus indorum postremis gurgite tonens

Qua ganges liquido nysscos irrigat agros
Non tantum ꝛ spacio similis telluris aperte
Scilicet ambabus penetralibus vnus in illis
Funditur oceani sinus: ꝛ determinat ambas.
Ast alię gremio triplex mare confugit vndis
Hircanum pariter persum simul atqꝫ sabeiun
hec noton: ad boreos byrcanum vergit ad axes:
Surgitis euxini vicinum multa viro:um
Vilia: quod circum degunt per littoꝝa ponti.
Aniborum medius campis discernitur isthmus:
Ast asiam qui mons excelsus diuidit omnem
Incipit a medijs terre pampbylidis oris
Et longis sese spacijs producit ad indos:
Nunc obliqua means: nunc recto limite currens
Verrice: quem totoꝝo perhibent cognomine taurum
Cornua nam summus scopulis imitatur acutis:
Vltifidusqꝫ suos huc colles spargit ꝛ illuc.
Ex hoc innumeri descendunt fontibus amnes
In partes euri zephyri boreeqꝫ vel austru.
Quis memorare queat flumioꝝum nomina cuncta?
Non tamen est vnum montis cognomen vbicqꝫ
Sed varij flexus variantur nomine multo.

Singula sed proprijs sunt nomina nota colonis.
 Nunc igitur gentes illum populosq; tenentis
 Qui celebres memorem: sed foelix numen adesto
 Ut Teore primi tangunt meotidis undas
 Sauromateq; truces gens aspera martis in armis
 Sanguis amazonidum fortis: quos protulit olim.
 Sauromatis mixte que themodoonte relicto
 Ingentes genuere viros: belloq; potentes
 Innumeras habitant qui silvas gurgite vasto:
 Inter quas tanais meotidis intima pulsat
 Europen fluuio dirimens asiamq; reflexo:
 Europen zephiro: asiam sub partibus ortus
 Caucafi exit cuius fons montibus altis
 Ut Jurnure cum vasto scythie per plana refusus.
 Nunc tamen imenso torrentem flumine vertit
 In glaciem boreas horrendo flamine sequus.
 heu miseris homines: habitant qui finibus illis
 Aere damnati tristi: nimioq; rigore:
 Quo pereunt pecudes pariter populiq; virosum
 Ni propere linquant sua rura furentibus curis
 Hi tanain habitant fluuium prope sauromatarum
 Cui sunt vicini sin di quoq; cimmeriq;
 Post hos cercetij iuxta quos axenus altis
 Fluctuat equoribus: necnon oreteq; feroces
 Et qui troiane post proelia gentis achei
 Alcalpi regis: victricia signa sequentes
 Dispulsi ventis istas venere sub oras.
 Post hos eniochi. genuit quos greca tellus
 Et zygij iuxta viuunt regione sub vna
 Intima sed ponti post fines tyndaridarū
 Aegypto missi colchi tenuere coloni:

Comyfo

S

Caucasij mōntis prope collen ⁊ caspia ponti
Littora: qua celeres descendunt p̄basides vnde
Circeosq; secant campos: atq; equora ponti
Nascitur armenij fluius qui vertice montis:
Ad cuius partes boreas ⁊ solis ad ortus
Euxinum dirimens: ⁊ caspia littora late:
Diffusos spaciū per longum panditur isthmus:
Quem xuita terras habitant orientis iberes
Pyrrhene quondam: celso qui monte relicto
Huc aduenerunt byrcanis bella frequentes.
hic camaritarum gens est charissima baccho:
Fluctibus hanc propter perferit caspius estus
Undiq; quem treti concludit margine tellus
Sed mare non valeat tribus illud mensibus vlla
Scilicet immensum nauis transire profundo
Non tamen exacuit pars vna sub axibus equor
Qua tractum refuge miscetur tetbyos vnde.
Vltima quidem generat vniuersa miracula rerum
Sed tamen egregio cristalli pondere gemmani
Atq; malos lemures quod pellit munus iaspi
Nocturni manes fugirant: quem mēbra tuentem
Hoc igitur pelagus: que gentes vndiq; cingunt
Incipiens numerum primis aquilonis ab oris
Que vergunt zephyro: quas caspia littora claudur. ⁊
Primi sunt scythie populi saturnia iuxta
Aequora viuentes. byrcanizq; ostia ponti
Quos supra gryphes ditissima rura smaragdo
Qualem non alius terrarum possidet orbis
Atq; aurū sibi met defendunt pondere puro
Omnia: sed duri superans audacia lucri
Aduersus volucres heu cōmouet arma viroium

Proelia nam faciunt armaspi gryphis hostes
 hic z cristalli perlucet maxima moles
 hinc vnus sequitur. post fortis caspia proles
 hinc sunt albani bellaces Marte feroci
 Unde canes nati superant genus omne ferarum
 Magnus alexander missum sibi viderat inde
 Victorem barriq; canē. rabidiq; leonis.
 Post hos cadusij durissima rura colentes
 Et prope sunt mardī: sequiturq; byrcania plebes
 hinc apyri: per quos mardus deuoluitur annis
 Derebius bibit hunc p̄ter bacrūsq; fluentem
 Per quos byrcanum currens descendit in equos
 Sed bactri medijs habitant telluris in aruis:
 Parnassum late prope montem rura tenentes:
 Derebij vero sub caspia litorea vergunt.
 Post hos massagete: trans flumen araxis ad ortum
 hospitiibus seui cunctis belloq; feroces
 Non bacchi donunt: cereris nec munera norunt:
 Sed lac cōmixtum potant cū sanguine equino
 hos iuxta boream vergit chorasmia proles
 Sugdias hanc sequitur rapidus quam diuidit oxus
 Emodum montem: qui linquens caspia rumpit.
 Inde sacę nimium certis gens mira sagittis
 Flumen iaxartem iuxta: quibus arua coluntur:
 Et tochari pbruniq; z plurima milia seruni
 Illis nulla bouum: pecoris nec pascua cure:
 Vestibus vtuntur: texunt quas floribus ipsi
 Quos tenuat lectos deserti finibus ipsi.
 Ast alia scythię gens est externa per arua
 Quos prope sunt tristes ventis z frigore terre
 Nanq; niues semper pulsant has grandine mixte:

Caspus bis populus lustratur pontus 7 oris.
Aspice post colchos nunc: 7 post phasidis vndas
Occasum versus populus in littoze ponti
Euxini: damus hos vsq; ad chalcedonis ora
Bosphorus angustat scopulis que trachius vrgens
Byzeres primi quos iuxta terra vecburum.
Diacrones post hos pariter: phyliresq; sequuntur.
Diosyniq; domos prebent quis: lignea tecta
Turribus arborcis habitantes vnde vocantur:
hinc pecorum est diues nimiru gens tibarenum
hanc prope sunt chalybes durissima rura colentes
Quos labor exercet seuis ferriq; metalla.
Vicinos istis campos terramq; parentem
Assyrij complent populi: qua gurgite vasto
Inter amazonidas thermodon marrinus amnis
Armenium linquens montem descendit in equos.
Huc asie quondam deuenit alumna sinope
Ex qua cognomen coeperunt moenia clara:
Illius fluij rigidas prope frigore ripas
Inuenies lapidem cristalli pondere puro
• Consimilemq; gelu: nec non splendore nitenti
Gemma micans illic perlucet iaspidis albe
Iris continuo liquidis percurrit in equos.
Post halys est fluius boree qui currit in ortus:
Atq; carambidis irrumpit prope littoza pontum:
Armonijs primas qui montibus accipit vndas.
Paphagones post hos: maryandiniq; sequuntur
Bityniq; viri pinguisima rura colentes:
Qua rbebas pulcher gratissima flumina voluit
Rbebas qui rapidi decurrit ad ostia ponti:
Nam prius exposita scythie sunt semina gentis.

Nunc asię regio contingens littoꝛa nobis
 Dicatur: partes calidas decurrit ad austri
 Atq; bellepontum transit sirięq; recessus
 Põscit 2 arabiam: que florent vberē terre:
 Sunt chalcedonij primi post ostia ponti
 Vñ Ioenia byzantis qui cernunt optima contra
 Romanisq; pie regnis dominantia mundo.
 Bebrycij post hos: 2 mysia montibus alta:
 Qua chinus egregia decurrens murmurat vnda:
 Qua nymphas comitem perhibent rapuisse potētis
 Alcideę puerum tristissima fata gementis.
 Hinc bellepontū pertenditur angulus ingens
 Qua breuior phrygię pars est: nam latior intus
 Sangarii ripis fluij vicina rapacis:
 Tenditur hec potius titanis p̄guis ad ortus:
 Altera ad occasus alte sub montibus idē
 Altera que cecidit p̄claro nomine terra:
 Ad xanthi liquidas necnon sumeontis ad v̄ndas:
 Post hec colię tellus p̄tenditur ore
 Fluctibus eggi primis que tunditur alti:
 Inde tenet terras pelagus prope sanguis ionum:
 Per quas meander pinguis descendit in equor
 Inter miletum currens: latamq; prienem.
 Ad latus istorum boreum sunt moenia clara
 Urbs ephesus: claudit quam grato littoꝛe pontus:
 Post has meonię tellus: que vergit ad ortus:
 Et tmoli colles: fluius quibus aurifer exit
 Pactolus: cuius prope ripa tempore v̄rno
 Si sedeas: dulci capiaris pectora cantu
 Lygnorum: pascunt quos herbe flumine circum:
 Nam florent asię per campos plurima prata:

Sed magis ad fluvium meandri gurgite mitti:
Quem iuxta voluens se: murmurat vnda castris:
Post hos sunt lycij: quos xantus dividit amnis:
Ad mare vergentes qui tauri comua cernunt:
Usq; ad pampylios perbibent que nomine cragū:
Illic aspicias aspendum: moenia cuius
Eurimedon amnis radit vicina profundo.
Continuoq; iacent alie pampylidis vrbes
Lorycus parceq; calcens: et celsa pbaselis.
Hos supra medijs habitant telluris in arvis.
Ad partes ortus: gens dura lycaonis armis.
Post hos pisidum pinguisima rura coluntur
Termessus: lybre nemon clarissima slege
Gentis amiclee pulcherrima moenia quondam
hinc sinus est longus cilicum: qui vergit ad ortus
Euxini penetrans vicinas equozis oras.
Hunc asie perbibent angustiis partibus esse:
Cui tamen immenso fluvij se gurgite miscent
Per longum pyramus spacium pynarusq; voluti
Flexilis et cydnus dirimit que flumine torson:
hinc asie cilicum sunt celsis moenibus vrbes
Lyrnessos malosq; simul vicina profundo
Atq; soli medio terrarum sine locati
Lomagena dehinc regio: sirieq; sequuntur
Urbes dispositę per longi littora flexus.
Nam castij montis: qua prominet ora per equoz
Vergit in occasus diffusis tractibus vnda.
Nunc aliquas asie partes tibi carmine pandam
Quadrati lateris qua clauditur vndiq; forma
Et spacijs campos longis protendit in ortum
Scis etenim memorasse tibi: q; collibus altis:

Per rotam medijs mons ingens tenditur actu:
 Quod fines asie nigros producit ad indos
 Hoc esto laterum boreum tibi: nilus ad oras
 Hesperies finit: sed tetbys solis ab ortu
 Indica concludit: rubrum mare terminat austrum.
 Aspice nunc igitur dum finem versibus ortus
 Peruenio retegens tibi veris omnia rebus.
 Incipiens syrie terris: qua parte reliqui
 Que pelagus supra sub solem vergit ad austros
 Urbibus ⁊ multis habitatur nomine prisco.
 Que caua vulgatur: mediam quia collibus altis
 Ast humilem libanus claudit protentus in ortum.
 Occasumq; petens casius. multisq; viroꝝ
 Incolitur populis locupletibus alma virentis
 Nanq; alij medijs habitant telluris in aruis:
 hosq; syros proprie perhibent: sed littora iuxta
 Phoenices viuunt veteri cognomine dicti:
 Quos misit quondam mare rubrum laudibꝫ auctos
 Et baldeo nimum decoratam sanguine gentem:
 Archanisq; dei celebratam legibus vnam:
 Quod pelagus primi tentantes nauibus altis
 Disiunctas gentes docuerunt iungere mercem
 Et primi stellis numeros nomenq; dedere:
 Atq; oculis mirum voces sentire figuris.
 Hi muros iopes: gazam quoq; elaida complent.
 Antiquamq; tyrum: beryti ⁊ moenia grate:
 Vicinamq; mari byblin: sydonaq; pulchram
 Quam iuxta liquido bostrenus gurgite currit:
 Et pinguem tripolim: necno arthosida sacram
 Laodicem pariter. positam prope littus amoenum
 Et posidi turres: ⁊ daphnes optima tempe

Terrarum mediis apameę moenia dare
Ad cuius partes eoas orontes.
Antiochi mediis dirimit qui gurgite regna:
Hęc omnis pinguis tellus est vberē leta:
Arboribus pariter. pecorūq; z cōmoda vitū:
Ad cuius fines veniens: quos terminat auster:
Arabij cernes extremi littora ponti.
Qui syriam mediis determinat arabiamq;
Et tangit vergens orientem versus elanos.
Diues arabs post quos latissima possidet arua
Quę protenta diu cinguntur ab equore perso
Atrabioq; ferit zephyrus quod flamine seuo
Persica nam flatus eoi littora turbant.
Ora: sed hęc austro tendit subiecta per ortus
Fluctibus oceani pulsatur z vndiq; rubri:
Hanc quoq; describam tenui ratione recensens:
Pascere nam populos foelices diuite terra
Floribus z varijs miracula prebet odoris.
Nanq; thyo smyrnaq; viget cum thuris odore
Et casia. necnon z canne dulcis odore
Cinnama preterea iocunde naribus aure
Fertilis hęc generat tellus. auriq; metalla
Vestibus auratis quare gens vtitur illa.
His pueros seruans molochites splendet arenis
Andromadaq; lapis cōpescens pectoris iras.
Sed libani montis sunt post decliua primi
Foelices opibus nabatei nomine dicti.
Chablasii post hos atq; aggeres. inde propinquant
Chatramis atq; face: contra sunt perfidis equoz
Dijneiq; maris prope rubri littora viuunt
Atq; sabe post hos: necnon habitant detabeni

Arabie populi celebres hi nomine claro.
 Sunt tamen et plures alij: nam maxima tellus:
 Trans istam zephiri sub partes degit erembum
 Speluncis genus infoelix et rebus egenis
 Qui solis radijs nigrescunt corpus adusti
 Dispersiq; dolent lustrantes more ferarū
 Non arabis similes opulentis scilicet equa
 Omnibus esse potest nunq; fortuna bonorū.
 Post libani montis populi sunt solis ad ortus
 Alterius syrie, que tendit ad vsq; sinopen
 Lappadoces medijs habitant in finibus huius
 Terminus assyrios. sed claudit ponticus ille
 Ibermodon: pelagi qua passat gurgite fluctus:
 Cuius ab eoo decurrit limite vastis
 Viribus euphrates descendens montibus aspris
 Armenie longusq; noton pertendit et inde
 Ad solem flexus babilonis diuidit vrben:
 Littora deinde ruens pertrumpit perfidis vnde
 Extrema fluuij sub parte terredona radens
 Huius ad anrozā ripis deuoluitur altis
 Tigris. aqua superant quem flumina nulla rapaci
 Sed tantum superat: quantum vix septimus ortus
 Confiat pedibus spacij properantibus ire.
 Atq; lacu medius thonites intrat et exit
 Nec violatur aqua: quāuis penetrabilis illa
 Ocior atq; vadis emergens cedit amaris:
 Hoc tamen omne solum flumius quod cingit vterq;
 Indigne populi pro re dixere medānem:
 Quod medias amnes has terras flumine cingunt
 Agricolis pariter pastoribus atq; feracem
 Ubere nam leto florenti semina cuncta

Herbarumq; toris & gramina lecta virefcunt:
Ut varijs rami complentur fructibus alti:
Sens quoq; p̄fulget claris in laudibus illa:
Nam peperit multos celsa virtute potentes
Atq; adeo similes: licet vt mortalibus esse
Armenij iuxta quā sunt aquilonis ad axes
Lōminus & fortes: quos sentit mars matieni
Quos prope concludunt euphraten collibus altis
Montes diuitijs pariter belloq; potentes:
Ad partes austri babilon: quam moenibus olim
Mirandis posuit firmisq; semiramis urbem
Cuius in arce domū splendentē fecerat auro:
Quam simul argentū varic decorauit eburq;
Hoc quoq; f̄ ingue solum palmarū diuite silua:
Quod fert berylli m̄nus p̄ciosius auro:
Berylli lapidem liquidum: glauciq; coloris:
Per loca quę tendunt asiane ad moenia petre.
At supra babilona vides & flamina vasta
Lissos messabiasq; chalonitasq; feroces.
Armenios montes si linquens ibis ad ortus
Medea noscetur tibi tellus: cuius ad axes
Seri sunt mardiq; viri simul atrapateni
Ad noton inde habitant medorum rura tenentes.
Medea hinc fugiens dederat cognomina terre
hinc medij varios vsus nouere veneni:
Quorum per multas spacium diffunditur oras.
hec generat narcissiten oriente sub ipso
Qui lapis est fuscus: cōplent hanc vndiq; siluę
Inter quas homines pecuaria ditia pascunt.
Laspiadas tangunt portas: qui solis ab ortu
Kupibus hec celsis asie sunt claustra potentis:

Qua via sub boream duplex: se scindit: z austrum:
 hec regio per sas byrcanos ducit: at illa:
 Sub colles imos habitant: post caspia claustra
 Martia gens parthi: telis arcuqz potentes:
 Vivere qui spolijs gaudent: rapruqz nefando:
 Qua propter bellis homines vexantur in orbe:
 Atqz optata perit multo pax sanguine mundi.
 Post hos est persis circumdata montibus altis
 Assiduis florens regnis: z diuite censu
 Ex quo perdomuit sydorum moenia sardis
 Lingitur excelsis hec vndiqz collibus omnis
 Aduergens austros post caspia claustra petensqz
 Quod proprio pelagus celebrat cognomine latum
 Atqz tripartitis habitatur finibus illa.
 Nanqz colunt alij rigide sub partibus arcti
 Terras quas medij nemorosiss montibus vmbriant:
 Ast alij medie viuunt regionis in aruis
 Littora postremi tangunt australia perse
 Prima parte sabę medijsqz pasargada: post hunc
 Tascorum telis habitat gens fortis z arcu.
 Quinqz tenent populi diuisos persidis agros:
 Annibus hec multis recreatur z vberem pingui
 hinc choros immensus profunditur. inde choaspes
 Fonte cadens indo: qui stringit gurgite fusa
 In cuius ripis preclarus fulget achates
 Pondere consimilis voluit quos vnda cylindris
 Fertilis hec tellus focundis pascitur auris
 Nam ventis semper florescunt rura secundis:
 hec eadem gemmis nimium decoratur honestis
 Quarum quis varias vires: quis nomina dicat?
 Te colythum memorem iusto cognomine dictum

Qui lapides renum tritus potusq; resoluit:
Miritenensq; bonum nardi cum reddat odorem
Hic est acrites sonitum cui spiritus addit
Archanum crepitans pregnantibus utilis esse.
Necnon pyrites: digito qui strictus adurit
Semmaq; que radios emittit candida solis
Atq; selenites lunaris imagine lucis:
Quod decus et minuit proprii splendoris et auget.
Respice nunc reliquas asie sub sinibus oras.
Persidis ad pontum carinani solis ab ortu
Littora pars habitant: medie pars limina terre:
Ledrosi post hos tendunt orientis ad ignem
Oceanum iuxta radiis propriisq; usq;
Est scythie tellus australis flumen ad indum:
Qui ponto rapidus rubro contrarius exit.
Surgite nam celeri rectus decurrit ad anstrum:
Caucalus oriens primum de montibus altis.
Diuidua cuius patalang cingitur vnda
Separat innumeras et vasto gurgite gentes:
Ad partes rapidi qua vergunt lumina solis
Oritas aribasq; simul liniq; arachoras
Utentes leuis: et satraidas simul omnes
Pampanij montis sub celsa rupe arienos
Nomine comuni: qui terras vberem nullo
Florentes habitant: squallent nam sentibus aspris
Loralij lapidem: qui rubrum littoze carpunt.
Saphirijq; decus nigri flauijq; coloris
Saxorum cedunt venis ac merce beati
In quorum terras hinc tethyios equora claudunt
Quas primo titan ascendens lumine cernit
Unde color populis niger est flagrantibus ortus

Atq; gerunt similis byacinto fronte capillos.
 Effodiunt alij terras: auriq; metallum.
 Alit alij texunt tenuissima tegmina lini:
 Vel dentes stringunt elephantis ab ore reuulsos:
 Scrutantur ripis alij torrentibus imbu:
 Berylli gemmas glauci: nitidumq; adamanta:
 Atq; aura viridi legitur: que splendet iaspis:
 Coralliq; decus liquidum: gratiq; topazi
 Purpureoq; amethystos inest suffusa colore:
 Diuitias magnas sic tellus illa ministrat:
 Assiduis rigant hanc totam fontibus amnes
 Arboribusq; viget varijs milioq; sequenti:
 Et precio rubre perfloret arundinis illa.
 Hinc alij superant procero corpore tantum
 Insiliant equitum faciles vt more elephantis:
 Alit alij viuunt sapienti pectore nudi
 Luminibusq; vident rectis mirabile solem
 Et radios oculis z sacra mente retractant
 Signaq; concipiunt arcana luce futuri:
 Psitacus hic viridis decoratus torque rubenti
 Nascitur: humane simulat qui verbera lingue.
 Nunc age te fluuios montes formaq; docebo:
 Ipsius terre populos gentesq; beatas
 Vt Marginibus ternis tellus hec clauditur omnis
 Obliquatq; latus per cunctas linea partes.
 Hesperios fines immanis terminat indus:
 Ad notios pelagus concludit gurgite rubrum:
 Sed gentes ortus z caucalus excipit arcum.
 hanc homines habitant multi ditescq; colendam
 Nominibus varijs discreti: z finibus amplis:
 Dardanij ripas contingunt fluminis indi

Hic vbi precipitem scopuli fundunt acies in
Huncq; capax classis venientē voluit hyaspēs
Tertius hos sequitur splendenti gurgite cophes:
Toxilus inter quos habitat cū gente fabarum.
Hinc scodri post hos sunt: peucaneiq; feroces.
Sangarideq; truces: auri qua pondus onustum
Deuoluens: hypanisq; trahit: rapidusq; megarus
Quos capit emodo missos gangetica monte
Tellus ponigitur que ad terre colidis austros
Oceanū tangens pelagus sub collibus altis
Quos volucres metuunt celeri contingere penna
Unde locis graiū posuerunt nomen aorin
Hic via que celebrat nomen dionysia bacchi
Lui statuas dederat victoria finibus illis
Hic tylos est superans vastę miracula terre
Insula: nanq; viret cunctis in partibus anni
Nec folijs nudat ramos autumnus in illa.
Assidueq; tenet flores genus arboris omnē:
Hic adamas fulget lymphantia pectora sanans.
Et prohibens miseris occulti damna veneni:
• Quem minime valeat ferrum superare nec ignis:
Frangitur hircino maceratus sanguine tantum
Sed tepido: fractis multis incudibus ante:
Ad motum retrahi defendens roboze miro
Hic lignis lucem simulat splendore lucerne
Hinc meruit nomen preclaro nomine dignum
Tot sunt per terras vulgare nomine gentes:
Nam reliquas que mens valeat mortalis in orbem
Disperfas: numerare tibi sine numine magno?
Quod bene disposuit terras: pontiq; profundum:
Sideribus varijs decorans celestia templa:

Et multis recreans: varijsq; coloribus arua
 Diuina per populos tribuens diuersa viro:um:
 Sed nos terrarum tractus gaudere per eum:
 Et quecunq; mari circumdatur insula vastor:
 Oceanusq; simul: necnon penetrabilis vnda:
 Quam gremio tellus sinuoso suscipit alma:
 Et fluij montesq; lacus: quos continet orbis:
 Nam pelagi partes percurri carmine vastas:
 Et terre pariter regiones sibus amplis:
 Omnipotens pro quo genitor: mihi premia donet.

Pomponij melle vna cū prisciani ex dionysio de or/
 bis situ interpretatione finit. Erhardus ratdolt Au/
 gustensis impressit Venetijs. 15. Calen. Augusti An/
 no salutis nostre. 1482. Laus deo.

Este libro he de m^oteses do mosteiro

Este livro he do most^o 26



Este libro he de m^oteses

Curauimus candide
Lector hos feruosos
Alberti magni raiispo-
nensis

420



IBI



Curauimus candide



Inc
679



